Citrum. Auicenna li. ij. cap. de Citro. Citrum omnibz est notum. et oleū ipsius factum ex eo rez cordicibz eius est forte. 7 factum ex flore ipsi est debilius omni alio. Cortex ei est calida in pmo. sicca in fine secundi. Et eius caro est calida in pmo. 7 humida in secūdo. Quidam aut dixerit qđ est fri. 7 hu. in secūdo. 7 eius fri. magis est. et ipsius acetositas fri. et sic. est in tertio. 7 ei semē cali. in pmo. sic. in secūdo. Idem. Cortex eius est temperatus in caliditate. 7 est ca. in pmo gdu. sic. in secūdo. Semen eius est cali. cū forti sicitate. Pulpa ei fri. 7 hu. Galien. vij. sim. far. cap. de Citro. fm translationē grecam. Dilia indica. id est citrum huius fructus ab omibz nominat citrum. in semine quidem acida qlitas 7 siccatiua dominat vt secūdi sit gradus siccatiuum 7 infrigidatiuum. in cortice fo siccatiua

participat complexionē. nō modicam tamē habens acedinem. quo circa 7 siccit hic cortex secundū tertiu gradū. non tamen est frigidus sed vel cōmoderate vel infra. Caro vero eius grossarum partium est et flegmatica 7 frigida. Ipsa itaq; comeditur sicut 7 cortex eius esibilis est. 7 humidum quid habet acidum. de quo prius locutus fui. Et quidem in eo inuenitur quod vere est semen. amarum autem. et est paslam quoniam dyasoretice est 7 siccatiue virtus in secundo fere gradu recedens a cōmoderatis. 7 folia sunt exsiccatiue 7 dyasoretice virtutis. Et idem in eodem libro 7 eodem capitulo fm translationem ara. Dattor. id est citrum et est pomum aque. cortex eius non est frigidus. imo est aut equalis complexionis. aut minus equalis parum 7 exsiccatur quantum est de virtute et complexionē sua exsiccatione habente acuitatem non paucam. Et ideo exsiccatio ei deuenit ad secundum gradum. Semen siccū in secundo gradu. Folium est eiusdem virtutis exsiccatiue et resolutiue. ¶ Dyascorides capitulo de Citro. Citri nō in partibus omnibus vis vna est eadez natura vel virtus. Nam medulle eius vbi est semen acidam potestatem ac per hoc stipticaz inesse manifestum est. Idem. Citrum habet semen simile semini pirozum.

Operationes.

¶ Auicenna libro vt supra. Caro eius inflat. 7 folia eius sedant inflationem. et eius flos est subtilior eis. 7 eius acetositas est stiptica frangens coleram rubeam: **A**
 ¶ Et eius semen 7 cortex in pannis prohibet tinea. et eius odor rectificat corruptōem aeris 7 pestilentiam. 7 acetositas eius abstergit coleram rubeam. **B**
 ¶ Et aufert pannum quod est ex cortice eius adustum est bonum in albaras linitum. Et decoctio eius efficit odorem bonum oris. Et est impiguarua corporis **C**
 ¶ Et cortex eius recentis in ore odorem oris efficit bonum. et eius decoctio simuletur cum retinetur in ore. et acetositas eius valet impetis gini illimita. **D**
 ¶ Eius oleum valet mollificationi nernozum. et nō fiat nisi ex cortice eius. 7 ouenit paralisi. 7 ipsi acetositas est mala neruis. **E**
 ¶ Consert torture oris cū sit collirium ex acetositate ei. 7 remouet yctericiam oculi. Eius acetositas sedat tremorez cordis calidi. Et nutritū est bonum gutturi 7 pulmōni. **F**
 ¶ Sed eius acetositas ē mala pectori 7 medulla citri **B**

cū aceto. si potat ex ea medietas ascaritati interficit sanguifugas trāsglutitas ⁊ educit eas. casro ipi^o est mala stomacho inflatiua. tarde digestionis. q̄re oportet vt comedat cū almurī

Et similiter nutrita cū melle est sanior ⁊ magis recipiēs digestionē ⁊ nisi sit plurima.

Et eiusdem quidem folia p̄fortant stomachū ⁊ viscera. postea flos ipi^o ⁊ cortex eius ponitur in cibarijs. sicut semina que p̄ cōdimento ponuntur p̄pter sui duriciem.

At ipsius decoctio sedat vomitum colericū ⁊ facit appetitum. Et oportet quidem ne citrū comedatur singulariter q̄ non misceatur cibo ante se ⁊ post se.

Eius caro facit vtentem se possidere colicā ipi^o acetositas retinet ventrē. ⁊ p̄fert solutioni colericę. ⁊ ei^o semen p̄uenit emorroidibz. ⁊ in ei^o semine est virtus solutiua.

Et succus acetositaris eius sedat infirmitatem sciaticam mulierum.

Semis ei^o p̄od^o 3. ij. cū vino ⁊ chilē ⁊ aq̄ calida illiniū resistit venenis oibz. ⁊ p̄prie scorpiōnis bibitū aut liniū. ⁊ ei^o cortex ē vicin^o illis.

At idē de viribz cordis ait. q̄ cortex ei^o p̄fortat cor. ⁊ est tyriaca cōtra venena. ⁊ ad h̄ valet acetositas eius similiter.

Dyal. Citrū p̄gnantibz fastidio laborantibz ei^o datū stomachū ⁊ nausea mūdāt. Citrū et in ponone vini datū medet querelis iecoris.

Et aqua tritū ⁊ insparsum humidis vulnēribz adhibet. et permonibz ex ea singulare p̄sidiū est. Rozni anterior natura p̄cessa. que q̄ntum valeat etiā de ip̄o odore restat modico sumpt^o. aut portio calide diuti^o in mense beneficiū nature digestiōis operat.

Paulus cap. de Citro. Cortex ei^o digestiōez p̄fortat. ⁊ valet p̄ cardiacā. media substantia ei^o male digerit. s; interior. id est acetosa competit vsui medicie. appetitū p̄fortat. ⁊ valet p̄ febres pestiferas. Semina ei^o sunt diuretica.

Rabi Moyses vbi loquitur de citro dicit. q̄ cortices citri valent contra egritudines stomachi. ⁊ expellunt maliciam intestini ieiuni. et acetositas eius p̄fortat spūs.

Querois capitulo de Citro. Cortex ei^o habet manifestum iuuamentū stomacho ⁊ epati. Medulla citri curat cōbustiones ignis. et curat mirabiliter ramicem puerorū. et potissime si ex ea fiat vnguentum illo modo. Accipe medullā citri subtiliter incisam ⁊ buliat in acun^o gia porci recenti. ⁊ postea colet per peria. ⁊ iterū reponatur ad ignem. ⁊ in tunc misceatur mastix olibanum ⁊ cera alba. ⁊ erit opimum vnguentum citrinum.

Sed attendendū q̄ q̄n aliq̄d vnguentū vel emplastrū sit ex citro. debet fieri ex citro bene maturo. Nam s̄m q̄d dicit Auicenna. Diacitrū ⁊ que fiunt ex citro debent fieri ex citro sole exstēte in capricorno. id est a medio decēbris vsq; ad medium Ianuarij.



Capitulum. cxxvij.

Inofbatum. id est aigentricum. Dya scorides. Multi vocant Liricanta. Et est arbor nimium spinosa cū radice alta. ⁊ in plurimas partes diuisa. Fructum habet mirte similem: sed paulo maiorem. rubrum exterius cum venerit ad maturitatem. ac deintus lanam asperriam. Semen eius siccum sine lana. Plinius libro tredecimo. In egipto ē caparis frutex firmioris ligni seminisq; ac cibi vulgati. caule q̄ uoq; vna plurimūq; decerpto. Idem libro vicesimo quarto. Linobaton: quā alij Linobaston: alij Neurobaston vocāt. habet folium hominis vestigio simile. fert vnam nigram. in cuius acino habetur nervus vnde ⁊ nervus passus dicitur. Alia est caparim: quam medici cynobaton appellauerunt.

Tractatus

Operationes.

- A** **D**yalco. Cynosbatū ventrē stringit. qz stur-
tis est coherēs. medet etiā in cibo z potu datū.
sanatqz fluores ac femineū fluxum.
- B** **H**ius vero radix acrioris virtutis est. Nam
apposita cathaplasmatibz euocat e corpore stir-
pes. Folia etiam eius apposita cathaplasmati-
bus occurrunt apostematibus. Semen eius
granatum est.
- C** **P**li. Lauēda sūt ei⁹ genera pegrina. Si qdē
arabicū pestilens. affricū ginguis inimicum
Harmari cū yuluis z omniū inflatōibz. Apu-
lūqz vomit⁹ faci. stomachū z aluiū mouet.
- D** **I**dē. Diuis⁹ tyrsius ad remedia splenis et
inflatiōes mandit ex aceto odit⁹. Plerius ei⁹
cū mastice cbya manducat⁹ os purgat.
- E** **I**tem Dyal. capara quā multi cynos baton
vel capzion appellauere ex luctantibz cōponit
sturiū. habetqz pūcere ac purgare z extenna-
re z eyētare ac redines simulqz adducere z con-
stringere. Est em stiprica. Ideoqz sthirofi sple-
nis sup omnia iuuat medicamina sicut videlicet
iam dictū est supra.



Capitulum. cxxvii.

C **R**ispula dicitur herba cancri in vnguento
marciarōn ponit in antidotario galie
ni minori. Et ē herba alba: minuta ba-
bēs folia crispa. stus ei⁹ est calida z sicca.

Operationes.

Dedetur dolores et egritudines frigidas.
Est mala stomacho: et opilat cito z inducit stu-
porem.



Capitulum. cxxviii.

C **R**isocolla. Dyal. Risocolla aristin q
d: hga. est herba fm Dyal. cap. crisos
colla aristin in q est capitellū silē yfos
po. radic est illi aspera z tenuis filis elleboro ni
gro. gustū habēs cypressi subdulcē z austerum
Ruscif locis vmbrosis z saxosis.

Operationes.

Dyalcozides. Virtus est ei termantica et
stiptica. Radix eius peripleu moniacis apta
est.

Accipit vero in mulsā cocta: in purgatiōibz
stericis maximū effectum habet.

Capitulum. cxxix.

De Herbis



Crisogonium est dictum semen aureum: vel coma aurea. Est enim crisogonium s^m Dyasco: idem: herba cuius est virga recta et alba. folia habens angusta in circuitu sicut abrotanū: et comā in summo: et in gyro aurosam: in qua est capitellum obrotundum. radix eius tenuis est. nascit̄ in locis asperis.

Operationes

Dyascorides. Coma eius bibita cum vino dissursis et moribus venenatis salutare presidium est.

Sciaticis et conuulsationibus medetur: mensuris imperat.

Coagulum sanguinem ventris et vesice soluit vino aut oximelle bibita catarrus abstinet. 3. i. cum vino albo apposita rebus tustas eas a tinea seruat.

Capitulum. cxxx.



Clubrina. Dyas. ca. detragōtea. i. clubrina. Dragōtea siue et alij asclepias: folia h³ aaron filia: s³ plura minora. cui⁹ p⁹ga vel hasta duobus cubitis ē longa. et ipa varia silis serpēti. liuores. i. maculas purpureas h³ solidas vt digit⁹ in q⁹ semē ē silebotruo. p⁹mo coloris viridis. post maturitatē p⁹o color ē ei similis croco. et gustu mordax. radix ei⁹ bulli h³ rotunditatē similē aaron cū corio tenui. nascit̄ ymbrosis locis et hortis. **S**era. li. ag. c. luff. i. dragōtea siue colubrina. Et ē maior et minor. Ubi sciēdū q⁹ maior ē q⁹ vocat serpētaria. et illa est h³ folia crispa q⁹ ponit̄ hic. s³ minor est illa q⁹ vocat aaron. et ē illa h³ folia plana p⁹o q⁹ lege cap. aarō. et ē tertiu in ordie. **B**al. vi. sim. far. ca. de serpētaria. Substātia radicis ei⁹ subtilior est suba radicis aaron. et in sapore ei⁹ est acuitas et amaritudo et stipticitas pauca. Et virt⁹ eius ē ca. et sic in. i. gra. **J**ohes mesue ca. de luff. Luff est plāta que d³ collū draconis. et ex ea ē alia plāta h³ folia plana. alia crispa. et radix plana est exteri⁹ ad nigredinē attinēs. Interius p⁹o est alba. crispa p⁹o exteri⁹ cinericia. Interius alba ad citrinitatē declinās. et sup vtris usq⁹ radicē eleuant stipites h³tes maculas ī modū serpentis. **M**elior ps tori⁹ plāte est radix. et melior radix ē grossa et cōplera et orta in locis liberis. Et meli⁹ tps collectionis ei⁹ est ver et pncipiū est at⁹. et crispa calidior ē plana. **P**lana. ca. est in. i. crispa in ij. **B**alie. dixit:

Tractatus

Plana ca. est in principio secūdi. crispa i fine
z ver^o est: z in vtraq; ē caliditas z acuitas q̄
si posita in superficie cū suba terrea: sed i plana
suba terrea ē vincens plus: vtraq; est abster
siua: icisina: penetratiua: aperitiua: subtiliari
na: hūoz grossoz z viscosoz adberētū. Cris
pa autē ad bec omia est fortior.

Operationes

A ¶ **Dyascorides.** Semen ei⁹ expsum stutes
babet in succo. Nā addito sibi oleo dolorem
aurium cōpescit. Lane inunctus in naribus
additus polipos maxime curat: et cancos
optime sanat. ¶ **Seminis ei⁹** trigita grana
cū pusca bibita caligies oculoꝝ emēdat. Flo
res eius cū ceperint maturescere si a muliere
pregnāti fuerint odorati abozuz faciūt. Vir
tus ē radice ei⁹ calida. vñ oztonoycis more
eleciuarū accepta medicat. ¶ **Tussitib; z ca**
D **tarrum hntib; maximū p̄stāt effectū.** ¶ **Tho**
raxis tumores curat non reuersuros: maxie
si assa aut cocta accepta fuerit. sicca tunsa et
in puluerē ducta melle addito oia silr. facere
E potest. ¶ **Diuretica est:** ventrē stimulat cū vi
F no bibita: vulnera sordida sagedenica cum
S byonia alba z melle purgat. ¶ **Et cicatrice**
S curare facit: ex qua colliria ad pustulas nez
cessarie fiunt: abozsum facit. ¶ **Imposita dē**
D q̄ si q̄s ex ea radice se t̄mperit tur⁹ ab incur
su serpētū seruat. Aceto mixta maculas lim
pidat. ¶ **Johes mesue.** Solutioe educit fles
D gma subtile z grossuz. Et mūdificat z fortat
J renes: z puocat vrinā: z excitat coitum. ¶ **Et**
R ē ex reb; mūdificatib; pect⁹ z pulmōes. ¶ **Et**
L p̄fert eis sup qb; timet frequētia anbelit⁹. vñ
astmaticis p̄pter exuberantiā humoz visco
D soꝝ in eis: z p̄prie lohoc ex succo ei⁹ cū melle
z rob: z q̄nq; administrat cū ouis z valet silr.
R ¶ **Et dixit Democrius.** Iuuamētū vtriusq;
speciei eius magnū est emoroidoz dolorib;
z ventositatib; eoz fm oēm modū admīstrat
tionis ipsius z sumprū z emplastratū: z nos
expertī sum⁹. Et expti iuuamētū ē sup hūmo
L re crudo q̄ est in stomacho z renib;. ¶ **Et dī**
D xit Galie. Resoluit duricies et apostemata
dura splenis z alioꝝ mēbroꝝ: z puenit vlceri
bus fraudulētis z fistulis: z p̄sumit additio
D nes carnū i narib;. ¶ **Et prohibet fieri in eis**
H corrosione z cancerū. Succ⁹ aut ei⁹ distillat
in aure cū melle z puenit tinnitu z surditati
z dolori aurū z abstergit ipsius sordicies et
exiccat vlcera ei⁹. vtraq; ei⁹ species ē ex reb;
q̄ mūdificat faciē. ¶ **Et auferūt feditatē cur**
H tis z delent pannū z lentigines: z morfea p̄
prie cū melle z fiat emplastrū ex ea cū melle:

z stercoze capraz sup podagrāz scullioꝝ ner
uoz. ¶ **Et puenit eoz dolorib; suppositio fa**
D cta ex eo educit mēstrua: z facit abozuz: z dē
q̄ fugat serpentes z vermes venenosos.



Capitulum. cccxv.

C **Coloquintida.** Johes mesue. ca. de
colloquintida. Coloquintida quā p
ses vocāt cucurbitaz deserti: q̄ nascit
in planta quā etiā fel terre vocāt: eo q̄ i toto
ambitu hor⁹ eius interficit herbas. Et ē q̄
venenū eis: vnde vocant eā arabes necē plā
taz. Et eius folia sunt ampla pilosa. z exten
dunt rami eius sup faciē terre: sicut extēdit
cucurbita in terra sup quam iacet. Duozus
est modoz masculus z femina. Et ex eis ma
sculus est sup quez nascit: sicut z lanugo: z est
gravis cū duricie z asperitate attinēs nigre
dini. Et laudat ex eis femina: z p̄prie hñs p̄
prietates bonas vt sit coloquintida grossa. z
q̄nto grossior z leuior tanto melior: z fit alba
laxa leuis z cōplete maturitat;: cui⁹ pars ei⁹
interior est pulposa laxa z alba z leuis: vebe
mentis albedinis. Vex que nō est cōpleta i
maturitate mala est. p̄stiat enī suscipientes
illā z ventositatē cū difficultate facit z soluit
sup abundāter: z solutione educit sanguinez.

De Herbis

Et fortasse interficit. et cum sigillatim ex toto germine platea ut nascatur coliquintida una et illa pniciosa et mala imo est venenosa. et cum in tota regione non est nisi platea eius una per se nascens est mala. Et quod nascitur in terris fortibus et puluerulentis: aut iuxta loca reptilium: aut in locis terrarum coliquintidas facti minores: et sunt sibi multum male. Due autem nascuntur in terris laxis et arenosis et liberis est illa que eligitur. Et cum extrahitur pulpa eius ipsa debilitat eam. Tempus autem collectionis eius est autumnus. et proprie dum iam citrinescit: et remouetur ab ea viriditas: calide est et sicce complexionis in tertio. Est et composita ex partibus igneis et terreis adustus. et est solutina attractiua supfluitatum. Attractiua est a remotis multum. et est resolutina incisiva absterfina. Quattuor sunt que debent corrigi ipsa. Nocet enim cordi stomacho et hepati. et est perturbatiua: subuersiua viscerum: faciens operationes difficiles: et aperit orificia venarum aptione sanguinis fluere faciente. Et operatur id vehementius quam aloes: et excoxiat vias. Emendatur enim per melle et compositum noxum eius ex ea miscendo ei ex medicinis cordialibus et stomachicis et hepaticis que meliorare possunt conditionem eius: sicut additur ei mastix proprie et gallia et silia. Et emendatur tertium et quartum noxum eius cum rebus acquirantibus eiviscositatem et glutinositatem et remouentibus ab ea serositatem: et cito eam lubricare faciunt sicut est dragantula proprie et bdellium et gummi et mastix et silia. Et dicit Galienus. Fuit autem ex ea et laudano partes sumendo equales post frictionem eius cum oleo rosarum pillule. et sunt bone et sane ad ea que oportet. Modus rectificationis eius secundum quod narravit filius Serapionis. Infundatur pulpa eius in aquam mellis: et proprie decoctionis myrrhe: et exsicceat post illud et teratur vltima commotione et admiscatur cum aqua mellis predicta. Modus rectificationis eius ex inuentione nostra. Incidatur in minutissimas partes cum incisiono et inuoluit subtili inuolutione cum glutine dragantulae aut bdellii: et exsicceat et teratur per illud vltima commotione. et fiat trosciscus cum pauco mastice resolutus in oleo rosarum vel laudano. vel cum aqua mellis. Dec enim ars facit illam sine molestia. Et scias quod de decoctione re completa sustinet. Et dicit filius Bezar. Non oportet ut multum teratur. Vltima enim puluerisatio excoxiat vias et venas. Et dicit filius Serapionis. Oportet ut pueniatur ad vltimum puluerisationis eius: aliter enim vlceraret viscera. Et mihi videtur quod vltima puluerisata fragilis virtus a permixtione adiutorum eius: et preasit loca viscerum. absque impulsionem noxum eius in ipsis. Et forte in ea in qua non exquirere sit illud. per se sensata ad

herens in vitiis et inuolutionibus eorum: apostemat et vlcerat. Expelluntur autem noxum eius ipsius a corpore accipiendo aquam passularum. cum oleo de amigdalibus vel oleo nucum aut aqua mellis cum oleis predictis.

Operationes

Johes Besue. Solutio educit flegma et humores viscosos atrabiles ipsos a profunditate membrorum. Et dicit **Dumay.** Solutio etiam educit coleram citrinam. et eius operatio extenditur ad nervorum iuncturas. Et dicit **Dyas.** Non efficit operationes in materiis que sunt in visceribus de quibus sit curandum et in materiis que sunt in profundis locis distantibus. Et eius posse magnum est in mundificatione cerebri vel nervorum lacertorum pulmonis et pectoris. Et est medicina magna egritudinum eorum sicut est dolor capitis antiquus et dolor cranei et emigranea difficilis: epilepsia et apoplexia. Et puenit egritudinibus nervorum omnibus et vertigini et descensui aque ad oculos. Et est res magni iuuamenti ad asma et antiquam tussim: et ad dilataciones anhelitus. Et est eius operatio virtuosa ad dolorem iuncturarum et podagram frigidam et sciaticam: proprie secundum omnem modum administrationis eius: et in cristeribus et collirijs. Et confert colice flegmatice et inflatiue iuuamentum vltimum et hydropisii. Et si supponatur in matrice occidit fetum. Et si ex eo cum aceto forti fricetur morfea sanat eam. et sicut lepra et elephantiasis. Et si euacuetur quod est in testa eius et impleatur oleo et buliat in cinere et iungantur capilli denigrat eos et tardat canicie: et prohibet casum eorum. Et si distilletur de ea in aurem sanatur dolores eius: et puenit tonitruum in ea. Et si impleatur in aceto forti et colluatur ex eo os post bullitionem ipsius sanat dolores dentis. **Serapion auctori.** Galieni. Sapor eius est amarus fortis amaritudinis: et quoniam sumitur non facit operationem malam neque periculosam: quoniam nam velociter egreditur. Et quoniam ponitur in cristeribus conuenit sciaticae et paralyti et colice: et laxat flegma et humores crudos et quoniam sanatur sanguinem. Et quoniam fit cum ea nascatur occidit fetum et puocat menstrua. Et quoniam ipsa cauatur et extrahuntur interiora eius: deinde inuoluitur circa ipsa lutum et ponitur in ipsa aceto et calefit super ignem: et fit cum aceto oris collutio: et auferat dolorem dentium. Et fit suppositorium cum pulpa eius et laxat ventrem. Et dum color eius est viridis: et ipsa est recens: et extrahitur succus eius et fricatur super sciaticam est iuuatiua valde. **Dyasco.** Virtus est ipsi purgatoria obulo vno accepto cum mulla mixto nitro et myrrha

A
B
C
D
E
F
G
H
I
L
M
N
O

Tractatus

z melle cocto in modū thabucie bene par-
gat. ipe vero pile sicce tunse z mixte z criste-
re adhibite sciaticis medicant. paraliticis sicut
pistolā. flegma z colerā deponūt. mēstruis is
perāt. aborsū faciūt. dolorem dētium tollūt.
¶ Colliria ex inde fiūt: q̄ suppositavētrē dpo-
nūt. Viridis at succ^o punct^o sciaticos curat



Capitulum. cxxxij.

Consolida. ca. de simpbitro. Simph-
tū. i. cōsolida. Et est maior et minor.
De cōsolida minori in sequēti capitu-
lo tractabit. Maior cōsolida nascit in locis as-
peris. virgas hñs siles origano z tennes et
capita sicut thimū. virge lignose z odorate z
dulces i gustu. z radix est illi longa z obusa.
grositudine digiti hñs. Et aliud simpbitū
qđ pictenū vocāt. hastā habet aspera et lon-
gā: duobz cubit^{is} angulosam: abintus inanis
est: in qua sunt folia aspera z angusta z oblon-
ga sicut buglossa. habet etiā ipa hastā angu-
los in qbz folia nascunt. flores sunt illi melli-
ni. semen habet sup hastaz sicut flōmos. Pa-
sta z frutex hñt pulveri sile. qđ cum carni ap-
plicatum fuerit puriginē facit. Radix est ei
colore nigra: que cum fracta ierit alba ap-
paret: mucilaginosa, z ista ē cōsolida maior.

Operationes

¶ Radix consolide maioris trita z bibita es-
moptoicis medetur. Conquassationes resis-
cit: tumores spargit. ¶ Cū folijs cathaplas-
matibus adhibita omnia similiter facere pos-
test. ¶ Ulneribz paracolesim facit carnes is-
citas frustis i cacabo missas in se glutinare.



Capitulum. cxxxij.

Consolida minor. Galien^o. viij. sim-
far. ca. simpbitū fm translationē gre-
cam inquit: Consolida minor ex cō-
tractis constat virtutibz. Dabet enī quid ab-
stergium: quo contentū in torace z pulmo-
ne plus expurgare natū est. Dabet autē quid
z cōgregatiuum quo ad sanguinis eductio-
nes iuuat. Et cōtinet vltra hoc humiditates
quandā calidā nō imoderate ppter quā z dul-
ce apparet gustatibz z delectabilez odoratū.

Operationes

¶ Infiriculosum est cū masticat. Et asperita-
tes in arteria sanat. Scdm mixtionē sō q̄
ex oibz pdictis virtutibz simul z dyasozare suffi-
ciens ē z colligere z pstringere corp^o. ¶ Et p-
pterea itestimalibz bernijs apponit z ad euul-


De Herbis

E
D
E
 sione ⁊ scissions cū oximelle bibit. Quicūq;
 q̄ vero ad dissinteriā ⁊ fluxū rubeū cōntes
 in vino dant. vt siccante ⁊ p̄gregāte vtuntur.
 Et q̄cūq; ad nefretica vt purgāte ⁊ madente
¶ Simphitū aliud magnū silē est virtuti p̄di
 cre: nō tñ gustu dulce: neq; odoriferū olfaci
 entib; apparet: sed fm hoc abscedit a p̄dicto
 Scdm̄ vero q̄ viscositatē quandā ⁊ morza
 citatē habet quodāmodo silr̄ existit. Utunt̄
 autē eo in omnibus quibuscūq; et prius di
 cro. **¶** Dyascorides. Consolida minor elixa
 in mulla pulmonē purgat. reſcientib; sangui
 nem ⁊ nefreticis cū aqua medetur. Radix cū
 vino cocta ⁊ bibita fluxū mulieris stringit.
 et dissintericis opitulatur. cū oximelle data
 conuassationes ⁊ dolores lateris: saluber
 rime curat. masticata amputat sitim. aspredi
 nem faucium mitigat. vulneri recenti paraco
 lesim facit. **¶** Consolida fm̄ Plinū auctori
 tate vel opinione multoz diuio miraculo cu
 rat ⁊ rūpit antracē intra duos lapides trita.

ca in tertio gradu. Sed notādū q̄ ē species
 bistorte hñs folia silia lappacio acuto: nisi
 q̄ color folioz ex vno latere est celestis: ⁊ ex
 alio vtridis. flos ei⁹ rubeus: ⁊ radix rubea: q̄
 ab aliq̄b; vocatur bardana minor: ⁊ ab aliq̄
 bus lappa minor. Virtus ei⁹ in oib; sicur vir
 tus prime speciei sed remissior.

Operationes

B
C
D
E
¶ Consolida rubea siue bistorta habet p̄ntes
 p̄solidādi ⁊ p̄fortādi cōceptū. **¶** Cōtra dissur
 riam detur puluis bistorte cū succo plantas
 ginis. ad constringendū menstrua fiat fomēs
 tum ex aqua pluuiali decoctionis pulueris
 eius: vel ex duab; partib; eius. ⁊ vna spice fi
 at puluis q̄ aspergatur supra ventrē ip̄o pri
 melle calido emplastrato: ⁊ iuuat conceptū.
¶ Ad p̄ceptū iuuandū fiat emplastrū ex pul
 uere ei⁹ ⁊ alijs specieb; aromaticis. Puluis
 ei⁹ vulnera cōsolidat. **¶** Cōtra vomitū ex de
 bilitate et furore colere puluis eius cōficiat
 tur cū albumine oui et coquat sup regulā et
 detur patienti. **¶** Galienus. Radix eius est
 abstersiua ⁊ vrinatiua ⁊ calide cōplexionis.



Capitulum. cccxiii.

C
 onsolida rubea siue Bistorta. Et est
 herba silis penthapiton: nisi quia ha
 bet septē folia vtrinq; pilosa. ⁊ ideo
 vocatur eptaphilon: cui⁹ radix ē rubea ⁊ tor
 tuosa similis galange: sed nō habet acumen.
 flos eius aureolus. ⁊ ip̄a iudicat frigida ⁊ sic.



Capitulum. cccxv.


C
 andros apud grecos duo fcat. Nā
 fcat risuz. Cū respōdens mihi grec⁹
 interroganti quid esset condros dī

Tractatus

fit furfur farine. Item condros exponit qđ est aliqua cartilago. silt condros est genus frumētī. de quo Dyascozides. Condros sunt eius due species. In vna inuenit vnū granū z in alio duo grana: z qđlibet ipoz est stame rula z maioris nutritiōē qđ ordei boni saporis. z panis qđ fit ex eo minus est nutritiuus qđ qđ fit ex frumēto. Et species in qua reperit vnū duo grana ē pl⁹ nutritiua qđ ritum: z ma gis cōstrictiua ventris z melior stomacho.

Operaciones

- A** **B** **C** **D**
- ¶ **B**alienus libro. i. de alimentis capitulo de condro. Genus frumenti est condros suffi ci enter nutritiuum viscosum habens chimū. Hoc vocatur in libris de arabico translatis candarusiu. Et apud Quicēnam condros et candarusio zc. ¶ **B**alienus. viij. sim. far. cap. condros. Est quidem optimus cibus sicut z triticū. sed nō est p̄sentis negocij de cibo des terminare vt farmacū vero emplastice ē viri turis: cōplexionis vero silis est frumēto. pl⁹ illo viscosior z nutritior. est plus illo siccati uum ppter cōmixtionē siccantiū farmacozū. ¶ **D**yascozides. Condros cōstrictiua est qđ ipsum coquit cum a ceto: z fit linitio cū eo. z eradicat scabiem ylerosam: z eradicat vngues scissos. ¶ Et curat fistulas que sunt in labrymali. z quādo administrat in principio earum: z fit ex decoctiōe eius clistere. Et est inuariuum ylceribus intestinorum.



Capitulum. cxxxij.

C **D**ndes. Sera. li. ag. ca. cōdes au. Sal. Illud qđ ex eo administrat est

radix ipsius. virtus est calida et sicca in. iij. gradu. Unde ista medicina vtunt lauatores lane: z ad faciendū lanā lenē z pulchram qđ fumigant ipam cū ea: z est nota. Radix ei⁹ ē acuta: z in forma sua longa z rotūda. ¶ **D**ya scozides vocat ipam struciū a macro obstru ciū. qđ quidā radicē ellebori albi putant: eo qđ sternutamenta mouet vt ipm licet falso. pro quo macer sternutamentū puluis p se mouet eius naribz iniectus vererro nō segnius al bo. i. elleboro. ¶ **B**al. viij. sim. far. ca. de stru cio. fm trāslatiōez grecā. Struciū radicē ma xime vtūt acri quidē existēte fm gustū ca. et sic. fm complexionē ex quarto fere gradu.

Operaciones

A **B** **C** **D** **E** **F** **G** **H** **I**

¶ **D**yascozides. Epaticis tussientibz z ortoz noicis medent. Horbo regio vtiliter adhibentur cū lacte naribz infuse. cū melle coclearium vnū acceptū ventrē mollit. cū panacis z capparitis radicibus accepte z bibite calculos vesice frangūt z excludunt. Scirosim splenis spargūt. ¶ **C**ondes matrici appositum mēstruis imperat: abozum facit. cū pos lenta z aceto positū lepraz tollit. ¶ **P**ustulas cum farina ordei imposituz limpidat. **L**ollis rīs mixtū caliginis oculis dergit. **B**edi caminibz necessarie misceat. ¶ **L**riū sternuta menta puocat. cū melle ritū z in naribz mis sum caput purgat. ¶ **S**era. de p̄rietate radi cis eius est si accipiat qđ abscindit flegma z melancoliā grossam: z resoluit ventositates. ¶ **B**alienus. Radix eius est absteriua z vris natia. mouet sternutatiōes silt alijs quecūqz amara sunt gustu calide complexionis. ¶ **I**tem **D**yascozides facit semotum capitu lum de ellebero a condisi. **N**a condisi vocat strucium: aiens capitulo de strucio. **L**anarij vrunt ad fumigiū lane: eo qđ limpidat lanaz. Radices sunt rotunde z oblonge: que si bis bite fuerint diuretice sunt z calide. ¶ **P**lim⁹ li. xxiij. **C**ondes siue struciū. i. herba lanaria ouibz data ieiunis facit abundantīā lactis. ¶ **P**lateari⁹. **S**trucius id est agrestis caulis culus ca. z sic. in. ij. gradu. **S**uccus ac semina foliaqz cōperūt vsui medicine. **L**ū inuenit receptio cauliculi semen caulis agrestis debz poni. **L**um aut ipa folia debet poni. ¶ **S**uc cus ita debet pparari. **F**olia p̄terant: z succ⁹ expressus ad solem desiccetur p bienniu durat. folia viridia poni debent in medicinis z in vnguentis. **V**irtutem habet dissoluendi z extenuandi z diureticam.

Capitulum. cxxxvij.

De Herbis



Coriandrū. Palladi^o li. iij. Coriandrū
a mēse Marcio serit vsq; i octobrē.
amatq; terrā pinguē sed et macro fo-
lanascit: et ei⁹ semen qd̄ vetust⁹ fuerit meli⁹
putatur: humore delectat et satū bñ cū olere
quocūq; nascit. Hera. li. aggre. ca. dyabozā:
id est coriandrū auc. Gal. Substantia ei⁹ est
terrea subtilis. et est cū hoc i eo aquositas te-
pide p̄tutis nō pauce quantitatis et in sapos-
re eius fm plurimū est amaritudo. Et p̄tus
ei⁹ est q̄ abstergit et resoluit. Galien⁹. vij. sim.
far. ca. de coriandro. Uirt⁹ ei⁹ p̄ma est virtus
calida. Uñ Dyas. Infrigidatiua; dicit banc
herbā nō recte. cōposita aut̄ est ex cōtrarijs
virtutib;: multū quidē habens amare substā-
tie: q̄ indicat q̄ subtiliū partū est et terrestris.
non modicū aut̄ habens et aquose humidita-
tis vel tepide fm virtutē. habet aut̄ stiptici-
tatem nō modicā in quib; omnib; operat q̄-
dem varie omia q̄cūq; Dyas. scripsit. sed pu-
to sic existere sicut si mox fm p̄cipia plaga-
ris vel qualiter cūq; pcussis in aliq̄ particula
tumor liuidus vel niger fieret. frigida puta-
ret passio esse et egere dyasozantib; et calefaci-
entib; farmacijs fm eundē puto modū. si trās-
scēderit aliq̄n calida dispositio ad frigidam
obliuiscēdū est porz nō iādum vero alio scōo

noie. Vel si nomen volueris p̄mutare s; face-
re sicut qd̄ā q̄ alia quide; p̄cipij: alia p̄o des-
clinationis scribūt auxilia. non aut̄ oportet
frigida estimare eē declinatōis farmaca. Cō-
cedendū ei est herispilā noiare si q̄s volues-
rit b̄mōi dispositionē nō tñ ca. vocare eā per-
mittendū qñ dep̄ssa ē et remissa. nequa; ergo
tūc qd̄ auxiliat ei infrigidatiuū eē putem⁹ si-
cut Dyas. vt coriandrū. qm̄ cathaplasmatuz
(vt ip̄e ait) cū pane. vel etiā cū alficis. sanat
herispilā. certū est herispilā q̄ vtiq; inflāma-
riua est nunq̄ sanabit cū pane coriandrū: sed
p̄ id qd̄ infrigidat. Jam p̄pterea et nos in an-
teriorib; sermonib; qñ cuz determinata ex-
perientia pbare cuiuslibet farmaci virtutem
postulabam⁹. simplicē enī vt possibile est ma-
xime portionē eligere consulebam⁹. plurimi
autē medicoz neq; quecūq; plurime egritu-
dinum mox a p̄ncipio inuadūt cōposita nos-
fcunt. neq; quoniam alia passio est herispila
certa. alia vero vocatur ab oib; nobis iā cō-
fue et ab antiquis flegmon. alia autē in me-
dio q̄s multe. Dec quide; et vt vtiq; dicat q̄s
herispila flegmosa. Dec autē velut flegmo-
nes quidē herispilatos inuenies: aut velut
flegmones aliquando et neutrū p̄dominans
At vero et ydemascosus quādo apparet sicut
et herispilas. sicut et alius sclerosus. Unde de
compositis omnibus non modica habere
multitudo. latius vero in quibusdam alijs di-
ctum est de his. Et i libris erapentice metho-
di dicitur. et nunc est de eis necessarium me-
morari q̄ certam herispilam nunq̄ predictū
sanabit cathaplasma. voco autem certā: qñ
a colerica humiditate repleta fuerit particu-
la. quoniam autē longe ab infrigidando est
coriandrū. licet tibi ex his que scripsit Dyas
scorides addiscere. Scrofulas enim ait dū
soluere. quoniam nullum autem infrigidans
tium farmacozū sufficit dissoluere scrofulas.
neq; enī puto Dyascoridem dubitare multa
quidem scribentē scrofularum sanatiua om-
niavero concordantiaz calida cōplexionib;
et dyasoretica operationibus existere.

Operationes

Dyascorides capi. corion: id est coriandrū
omnib; est notū. Virtus ei⁹ est frigidū tritū
et in cathaplasmatibus redaciū cum polen-
ta. et panetrico mixtum et impositū Ignē
sacrum extinguit. **T**umores igneos tollit
melle addito: et vna passa impositum epimes-
tidas et tumorem testū et carbūculos curat:
et collectiones cōpescit cū faba friza mixtuz
i iij

a

b

Tractatus

L scrofulis et pustulis prestat effectum. Semen
D ei bibitum cum dulcore lubricos extinguit. genitalia. i. femina viri decretere facit. Nam si
E multum acceptum fuerit semine sensus huius hebe-
F tescit: aut citius inferit necesse. An non debet quicquam
S usum eius frequentare. Succus eius aceto mix-
D tus aut spume argenti et ceruse et vino: omnes
E pustulas et caligines ebullientes extinguit. Hic
F succus viscidus est sicutis restringit et refrige-
S rat. Et ideo proprie ad ignem sacrum sicut et folia
D eius cum succo maligranati: et oleo in portione per
E mixtum alia intransiens permixta ignita presequit.
F Semen eius ex aqua portulacis solutione ventris
S abstrigit. mirum est quod Xenocrates tradit si unum
D seminis granum femina biberit uno die ei mens-
E strua pertinere si duo et totidem iam diebus quod
F grana sumpserit. Sera. Coriandrum distilla-
S lat in oculum: et confert dolori eius magno cum las-
D te mulieris. Et fit emplastrum cum eo et abscondit
E humores descendentes ad oculum. Et ideo
F auctoritate aben mesuay. Quando torrescit
S semen coriandri stringit ventrem. Et abscondit
D fluxum sanguinis: quod est ab interioribus. et bibun-
E tur de eo duo aurei cum. iij. et dimidia succi
F plantaginis sine eo quod bulliat. Et si est fluxus
S sanguinis ab interioribus membris curat si pos-
D natur supra locum fluxus. Et ideo auctoritas
E re albugeris. Coriandrum est frigidum narcoticum
F inducens syncopim et stuporem: et est toxicum:
S quonia odoratum congelat: et prohibet fumositas
D res ascendere ad caput. Et ideo confert sode et
E ebrietati. Et abscondit fluxum sanguinis: et
F stringit ventrem. Et ideo auctoritate Alexan-
S dri. Coriandrum prohibet fumositates ascen-
D dere ad caput et ad cerebrum. Et propter hoc po-
E nitur in cibis epilepticorum: quonia cause epileptie
F sunt vapores ascendentes a stomacho.
S Et ideo auctoritate Alcausi: quando coriandrum
D siccum infunditur in aqua eius cum zuccaro
E abscondit virge erectionem et desiccatur sperma.
F Et ideo auctoritate Rasii. Si bibantur
S 3. iij. de succo eius recenti occidit: et abscondit
D fluxum sanguinis a naribus quando odori-
E ratur. Et ideo auctoritate Dumay in libro
F pmentationis dixit: quod pillule galieni sunt ei con-
S trarie. Dyal. vero tradidit ei cum sez galienus
D dixit: quod coriandrum declinat ad caliditatem
E quonia manifestum est ipsum esse virtutis frigide.
F Et ex dicto suo quonia sumitur succus eius occi-
S dit. Et ideo auctoritate habijt. Coriandrum recens
D est mortificatum: congelatum: et si homo unum eo
E multum. Vel potum aque eius est toxicum. et si po-
F natur aqua eius cum aliis ex aliis herbis quonia cum
S aqua eius liniunt apostemata sanguinea aut
D colerica confert et extinguit eorum inflammationem

nes. Omnia predicta etiam sunt de mente Avicenne. li. ij. capitulo de coriandro.



Capitulum. cxxxviii.

Comea arbor siue cranea. Dyal. ca.
Comea semine et fructum habet similem
olive: sed paulo oblongius et viride. Et
vocatur grece carmu. quod cum maturatum fuerit
obusum habet colorem bonum in se huius saporis
rem stipticum est. et ideo dissolutionem ventris
et dissintericos curat. et cum in dulcore positus
fuerit manducari potest quomodo olive condum-
tur cum sale frigida est et licca.

Operationes

Dyalcorides. Huius folia cum ligno suo in
foco missa sudationem reddunt que illinita
zernas optime sanat.

Galienus. ij. de cibis ca. de cibis siluestribus.
Comu vero et bati et glades et ceteri fru-
ctus siluestres modicum nutritionis habent ca-
chochimi sunt. Et mali stomacho et indeles-
ctabilissimi. porcorum vero esca existentes non
domesticorum sed in montibus morantur: ab
ipsis enim plimum habent alimentum. Et ideo. vij. sim.
far. ca. cranea. Cranee arboris fructus stipticus
est sufficienter edibilis existens. quod circa nullam

De Herbis

mirabile attrahere et fortiter detinere cum ven-
trem sicut et mespila. folia pro et germina pon-
tica gustu sunt: et siccant fortiter: ut et maxima
vulnera consolidare possint et maxime duos
rum corporum. paruis vero vulneribus vel
mollibus corporibus contraria magis sunt.
tenent enim bec siccariua plus decete.



Capitulum. cxxxix

Cordumenum. Dyascozides capitu-
lo cordilion: id est cordumenu. Her-
ba est que nascitur in Sicilia. eius
frutex est sarmentosa: semen habens rotun-
dum: et duplex sicut sunt fabe: viscidu et odo-
ratum.

Operationes

Dyascozides. Semen eius si bibitum fue-
rit puocat vrinam et menstrua. Succus eius
virge et seminis tribus obulis bibitus cum
dulcore diebus decem nefreticis medican-
tur. Radix eius tinsa et ut electuariu com-
posita toracis causas mirifice curat. Plinius
us. Radix eius potata lapides frangit.

Capitulum. cxl.

Costus. Avicenna. li. ii. cap. de costo. Costi
spes sunt tres. Una eaz est arabica. et
est albo leuis et aromaticus. Et secunda est
indica que est niger leuis: et ille amarus est. Et tertia
spes queis odoris que noiat garosilarum. Bonus
autem costus falsificatur cum radicibus enule duris. et pro-
pterea non mordicat linguam: neque habet odorem for-
tem. Melior est ille que est albo reces plenus non corro-
sus: neque fetidi odoris: neque mordicans vel le-
dens linguam. deinde yndus niger leuis: et ni-
ger aseni. et melior est marinus subtilis habens
cortices. Est ca. i. ii. sic. i. ii. In ipso est qualitas
amara et acris valde et caliditas et acredo as-
deo que ipsa ulceret. Dyas. cac. ostus vtilis est ara-
bicus. Est autem eligendus albo leuis cum odore plu-
rimo. Secundus est yndicus que grossior est et niger et
leuis ut fenula. Tertius est syriacus potere gra-
nis et coloris buxi cum odore stiprico et mor-
daci sapore. habet quidem aliquam amaritudi-
nem et plus acridine ca. participans quali-
tate ut extrahat. Paulus ca. de costo. Costus
est ca. et sic. complexionis in tertio gradu.

Operationes

Avicenna. Conuenit omni membro:
quod indiget calefactione: et ut ex eo attra-

Tractatus

batur humor ex profundo. Abstergit pannū cutis linit^r cū aqua z melle. In ipō ē vlceraio z ille q̄ est amarus ericcat vlcera humida.

B Et puenit mollificatiōi neruoz z attritioz nilacertoz: z est bon^o sciaticice. z emplastr^o ex eo puenit litargie: z puenit dolorib^{us} pector^{is}.

E Et puocat mēstrua bibit^r z suffumigatus in traiectorio: z interficit fetum: z puocat vrinā: z extrahit ascarides z vermes.

D Et dat vires ad coitū: z ipse suppoit ad dolores matric^{is}: z puenit dolori matric^{is} fri. bibitus z sedēdo in decoctiōe ei^{us}: z mouet naturā qū bibit cū vino. z ipse nō dat vires ad coitū nisi ppter humiditatē supsuā inflatiuā que ē in ipō. Et puenit rigori linit^r cū oleo z cōuenit mor^{ibus} omib^{us} scz mor^{ibus} vipere et alijs mor^{ibus} qū bibit cū vino aut absinthio.

E loco ei^{us} ponitur piri: medietas ponderis ipsi^{us}. **F** Dyas. Costus cū oleo tritus z corpus ri punctus cū reb^{us} stipticis subuenit. Si autē ante accessionē sic yngat: rigore in perios dīca febre: z quartanā amputat ac etiā parasiticis z sciaticis vel q̄b^{us} aliq̄d membrū cale fieri opus est.

P Unctus extrahit humores de profundo. in portione vero: qz virt^{us} est ei calida diuretica. mēstrua puocat. pessarijs adiunctus idē dolore matric^{is} mitigat mor^{ibus} venenat^{is} bibit^r. 3. ij. opitulatur cū vinoz absinthio dolore stomachi z inflationē: et tota eius vitia cōpescit: ventrē stimulat.

D Cū vino dato lūbricos latos deponit cū aqua postatus oleo mixtus. z fricationi adhibet^r torpente frigore calefacit: eadē vnctione z paralyticos curat. reumata z spasmata z dolorem later^{is} sanat. cū aqua mulla trit^r ad esialas facit. melli mixt^r maculas i facie naras detergit. malaginatib^{us} z antidotis necesse miscet.

J Adulteratur aut cōmixt^r cū emule maioribus radicib^{us}: sed facile intelligit cū nec odor rem costi habeat nec sapore mordacē. Nā costus vires habet acres stringētes z calefacientes.

K Serapion auc. Galie. Costus cōuenit rigorib^{us} se. qū linitur cū eo z oleo corpus. z puenit sciaticice z paralyticis z omib^{us} in q̄bus calefacere oportet aliquam corpis particulam vel de profundo ad superficiem attrahere aliquem humorem.

L Propter eandem autem causam puocat z mēstrua z vrināz z confert ad contritionem lacertozum et ad dolorem lateris: z interficit ascarides propter amaritudinem. Et quando linitur cū aqua z melle super impetiginem mundificat eam: z adiuuat ad libidinem. quoniā est in eo de humiditate inflatiua z ventosa quādo sumitur in potu cum vino.



Capitulum. celi.

Cozula vel Dela persica fruct^{us} iste ē oibus not^{us}. Sera. li. aggre. ca. besmes. i. cozula. Virt^{us} eoz est fri z bu. in. ij. gra. Nā ppozionant persicis.

Operationes

Et idē auc. Alcauzi. Latāt colerāz gñant hūozes grossos. Et idē auc. Rasis. Quidāz pariebāt fumositates ab aliq̄ hūoze existēte in stomacho suo. z dedi sibi aliq̄b^{us} vicib^{us} de crisomolis. i. cozulis recētib^{us}: z sedat^r est ille fumus. Et ego nō credo q̄ reperiat cib^{us} alijs q̄s frigidior z mag^{is} iuuatiuus stomacho calido q̄ ipa: z iō fastidū tollūt. Qui. li. ca. ij. de crisomulis. Delioza sunt armena. nō enī cito aduenit eis corruptio z acetositas: z cū sumunt crisomula. oportet vt accipiant masticis z anisi eq̄lites. 3. i. vsq^{ue} ad. ij. cū vino puro aut vino de passis paz z mellis sunt fri. et bu. in. ij. z oleū nucleoꝝ eoz est ca. z sic. in. ij. Eoz humor ē facilis putrefactiōis z eozū infusio sedat sitim. Et crisomula q̄dē sūt cōueniētiōza stomacho q̄ plica. z armena nō cozūpūnt in stomacho: neq^{ue} acēscūt velociter.

De Verbis

ex eis vero que expellunt edz nocumentuz ē
vt pmo sumat anisum et mastix cū mīua aut
vino de passis ⁊ conficiant cum melle puro.
oleuz nuclei ipoz etiā pfert emozroidibz gra
uant crisomula ppter velocitatē sue putrefa
ctionis. vtz infusio siccoz confert febribus
antiquis. ¶ **Johes** mesue in antidotario suo.
Oleū de crisomulis sedat dolorē ani ⁊ emoz
roidaz: ⁊ resoluit tumores vlcera ⁊ impedi
mentum lingue ⁊ dolores auriū. **Rabimoy**
ses idem vult.




Capitulum. celis.

Cotula fetida vlc ocul^o bouis. **Sera.**
li. ag. cap. bichar auc. dia. **Bichar. i.**
cotula hz stipitē mollē ⁊ folia filia fo
lijs maratri: ⁊ flos ei⁹ est citrinus plus flore
camomille filis flore cotule. ⁊ iō noiant eā h
nomie. Et idē auc. **Galie.** acuitas ⁊ mordica
tio sunt i ea pl⁹ q̄s i camomilla. ⁊ resolutio ei⁹
est amplior resolutioe ipius. **Dyas. ca.** butal
mos fm trāslationē n̄ am. butalmos. i. cotu
la. **Herba** ē mollis. cuius folia sunt tenuiter
scissa maratro filia. ⁊ caulis ei⁹ mollis nascēs
circa muros ciuitat⁹ flores citrinos b̄ns et
rebetēter splendētes ac in oculoz similitudī
nē rotūdos. **Un** ⁊ nomē traxit floribz camo
mille filis. ⁊ illa herba q̄ vocatur lingua n̄ a

puccida vlc cotula fetida. Est alia butalmos
h̄ns folia coriādro filia: nascēs iuxta muros
ciuitat⁹ cui⁹ flores sunt ex toto citrini. ⁊ ista
est herba q̄ vocat⁹ i lingua n̄ a ocul^o bouis vlc
cotula. **Gal. vi. si. far. ca.** Butalmū siue semē
icorruptū vlc ocul^o bouin⁹. vel cotula fetida.
noiatū q̄dē ē ita a floribz q̄ vident⁹ fm figuraz
similari oculo bouis. fm colorē p̄o filis ē ar
temidi. mag⁹ at ⁊ mlto acri⁹ ē ob h̄ mag⁹ dya
fozeticū: vt sanet duricies cōmixtū ceroto.

Operationes

¶ **Dyas.** Folia ei⁹ trita ⁊ cerot⁹ addita pustu
las ⁊ duricies aptū spgit: ⁊ si flores ei⁹ terūt
cū croco. ¶ **Affirmat** aliq̄ q̄ si p̄lauacz ⁊ bal
neū eūdē q̄s biberit bonū colorē restituet. et
facit ipm vomere ⁊ marie arcuato morbo in
fectos acri⁹ ē: ⁊ iō dyafozetica. ⁊ p̄trea schez
tenata soluit cū ceroto tirsī ei⁹ i cibū sumūt
¶ **Qui.** odorē pfert v̄tositatibz ḡllis i capite



Capitulum. celis.


Cotula nō fetida. vel ocul^o vacce. et hz
flores nigros fm ant iquā trāslationē.

Operationes

¶ **Dyas.** **corides ca.** **Butalmos.** Que transla
tio corrupta est. quoniā **Serapion** ex p̄bis

Tractatus

Dyascoridis fm aliā trāslationem. Dyascori des dicit q̄ hz flores citrinos siles floribz camomille: 7 hoc vcz ē. Nā dicit trāslatio quā allegat Sera. Butalmos bastā eicit mollē Folia maratri filia florē mellinū bñs sic anr tim⁹ 7 maiorē oculo vacce similē. vii 7 nomē accepit. Nascit̄ in ciuitatibus zc. ¶ Sed fm trāslationē nr̄am dyas. Butalmos hz duas spēs. Una ē q̄ hz folia similia maratro: 7 flores similes floribz camomille. 7 ista vocatur corula fetida: vt in p̄cedēte cap. tractat: 7 latine d̄: pucida. 7 Dyas. vocat eam partemon. ¶ Alia est q̄ hz folia similia coriādro 7 flores citrinos nascēs iuxta muros ciuitat̄. 7 vocat̄ cotula nō fetida. 7 latine d̄: ocul⁹ bonis vel oculus vacce. 7 grece s̄: ira sonat butalmos. sed arabice vocat̄ bihar. i. oculus vacce 7 ideo d̄: ad lr̄am. ¶ Butalmos ē herba mollis antimo similis. lenes emittēs tirfos: 7 folia tenuiter scissa 7 mollia s̄: filia maratro. flores citrinos similes floribz camomille. 7 ista fm veritatē ē corula fetida q̄ alio noīe vocat̄ pucida. ¶ Et subdit. Est alia butalmos caulis mollis folia coriādro s̄: filia. flores citrinos bñs nascens iuxta muros ciuitat̄. 7 ista vocatur oculus vacce: vel cotula nō fetida. At de ista herba ē hec veritas clare intuentibz. lege capitulū p̄cedens scz corula fetida.



Capitulum. celiij.

Cocognidium. Camelea vl Mezereon. Camelea grece q̄si ūsima oliua dicta: eo q̄ folia similia oliue hz. Dec est que d̄: mezereon 7 cocognidiū. Vñ cocognidiū mezereon 7 camelea sunt idē: vt apparet p̄ Dyas. 7 Sera. Dyasco. ca. camelea fm trāslationē nr̄am. Camelea aut cocognidiū bastas hz sup̄ terrā spanfas. palmis duobus longas: frutex est ipsius sarmentosa. Folia hz similia oliue: sed tenuiora 7 spissa gustum mordicantia 7 gulā exasperat̄ia. Sera. li. aggre. ca. mezereon. auc. dyas. Mezereon. i. camelea ē arbuscū parūū cui⁹ rami sunt apri ad ignē accendendū. 7 sunt ip̄i rami extensi sup̄ terrā. longitudine duoz. palmoz bñtes folia oliue. nisi qz sunt subtiliora eis mordicantia 7 exasperat̄ia linguā. 7 sunt super ramos densa. Salienus. vii. sim. far. ca. camelea. Camelea p̄domnantē habet qualitatē. quo circa vlcera. 7 quecūqz maxime escaras habēt: cum melle expurgare potest.

Operationes

¶ Dyas. Camelea accepta coleram 7 flegma deponit. debēt vero fieri troiscisci ex his admixto absinthio duplici mensura 7 vna parte camelee 7 catapucie iuncto melle vel aqua Folia eius imposita vulnera sordida curāt. ¶ Iohānes mesue. Mezereon siue cocognidium solutione educit aquam citrinam cum fortitudine vebementi.

¶ Et dixit Alexander. mixtū cum rebo educēs tibi melancoliā educit ip̄am: 7 cum rebo educētibus flegma educit ip̄m. 7 absinthiū duplicatum 7 cū mirabolanis: addunt ei bonitates notas: 7 faciūt educere coleram.

¶ Dat⁹ aut̄ inuamētū qd̄ ex eo expectat̄ est ad ydropisim. educit enī aquā p̄gregatam in ventre: nocet tñ epati imo oibz mēbris nutritionis ipsi⁹. ¶ Et interficit lūbzicos 7 p̄mes 7 solutiōe educit eos 7 serpētes viscerz. Et si fiat vnguētum ex eo 7 melle curat fistulā et vlcera fraudulenta. ¶ Et fit ex aceto decoctionis ipsi⁹ ablutio: 7 p̄fert dolori dentium 7 eorum corrosioni: 7 gingiue sanguinee 7 mollificationi. ¶ Et fit ex eo vnguētū 7 aceto 7 oleo 7 cera ad scabiē bonū. 7 fit ex eo linimentum ex sulphure 7 melle 7 aceto forti ad morfeaz 7 lentigines 7 baras 7 delet eas.

¶ Et quōqz fit p̄fricatio sup̄ morfeam 7 baras cum solijs eius 7 aceto forti: et est vltimum. ¶ Et dixit Iohānici⁹ Cocognidiū valet ad quartanā. ¶ Plin⁹ li. xliij. Folijs in duabz

De Herbis

absinthij ptibz decocti eoqz succo cū melle pos-
to. folijs etiā impositi vlcera curant z purgāt.
¶ Et etiā idem. Quomodo collectum salutare
est oculis iumentoz z pecozū.



Capitulum. cxi.

Crocus. Qui. li. ij. ca. de croco. Croc^o
melior est recens boni odoris subtilis
sup^{er} cui^{us} pilos est parū albedinis non
plurimū. Crocus san^o nō velociter tingēs nō
inniscat neqz fragilē. ca. est in. ij. sic. in. i. est stip-
tic^o resolutiu^o digestiu^o z glutinatu^o. ei^{us} calidi-
tas est fortior stipticitate ei^{us}. z ei^{us} oleū est cale-
factiuū. ¶ Plateari^o. Croci sūt due spēs. Or-
tensis q̄ in ortis nascit. z ozietalis q̄ in oriente.
Iste in medicinis nō vomiciis ponit. in medio
florū tres vel quatuor flores parui nascunt. Eli-
gend^o sunt sub. ufi vel cūmīno rufi. q̄ at citrinū
z atq̄ aliqd habēt ab ūciendi. in sacculo stricto d̄
corio seruāt. p̄ qn̄ qz annos seruari possūt. Vir-
tute habēt p̄fortatiuā ex q̄litate suis z ex aros-
maticitate. ¶ Palla. li. ij. In februario mense
croci serendi sūt bulbi z subtiliter si fuerit arte
fodiēdi. ¶ Sera. li. i. aggre. ca. Jamsaram. auc.
Dyas. Ille q̄ fortior est i medicina est non^o pul-
chri coloris. cui^{us} crinis vergit ad albedinē. lō-
gus nō fragilis. plen^o. q̄ qn̄ fricat. tingit manū

cito acuti odoris. ¶ Bal. vii. sim. far. ca. d̄ croco-
fm trāslationē arabicā. Substātia ei^{us} ē terrea
frigida: s; qd̄ vinct sup eā est cōplexio calida.
z in sapore ei^{us} est stipticitas pauca. Et p̄ e^{ius}
est q̄ calefacit in scdo gradu z siccāt i pmo. vñ
maturat z digerit aliq̄li maturatōe. z qd̄ a diu-
uat ad h̄ est stipticitas pua q̄ repit in eo. Et ē
ex medicinis p̄glutinatis z digestiuis. z nos
dicimus q̄ medicinē cōglutinatiue z digestiue
sunt ille in q̄b est caliditas nō fortis cū pauca
stipticitate.

Operationes.

¶ Qui. pot^o ipi^{us} colorē efficit bonum. resoluūt
apata z linūt ex eo herisipila. facit sodā. z ipse
nocet capiti. ¶ Et bibit cūrob ad ebrietatē. z
est faciēs somnū. z obtenebrat sensū. z confert
apostematū calido i aure. Abstergit vñ sum z p̄
bibet fluxū ad ipm. ¶ Et valet ad pannū. Et
fit ex eo alcohol ad varietatē acq̄sitā i egritudi-
nibz p̄fortat cor. est lenificatiu^o odorat ipsum
pleuret^o z phirnet^o vt dormiat: z pprie eius
oleū. ¶ Et facit anbelitū facile. z p̄fortat in stru-
mēta anbelit^o. ipse qz facit nausea. z deicit ap-
petitū. p̄pterea q̄ opposit^o est acetositati q̄ est in
stomacho. ¶ Sed ipse p̄fortat stomachū p̄pter
illud qd̄ in ipso est de caliditate z preparatōe z
stipticitate. Et dixerūt qdā q̄ croc^o est bon^o sple-
ni. excitat coitū. z puocat vinā. ¶ Et p̄fert dus-
riciei matricis. z ei^{us} p̄strictioni z vlceryb; frans-
dulentiis. In ipa tñ administrat cū fano aut
cū medulla cū duplo ipi^{us} de alio. ¶ Quidam
dixerūt q̄ ipm in potu dederūt ad plixū partū
z fact^o est part^o statim. Et d̄ q̄ aurei. ij. de ipso
interficiunt lenificando. loco ei^{us} ponit decocto
eque pondus ipi^{us}. z de spica quartū p̄poderis
eius. z pondus ipi^{us} de corticib; cassie lignee.

¶ Et idē. ij. fen. canonis pmi. ca. ij. ait. q̄ d̄
cit medicinas ad cor. ¶ Et idē de virib; cordis
ait q̄ confortat cor. ¶ Sera. auc. Rasis. Fuit
mulier qdaz q̄ laborauit aliq̄b; dieb; in ptu. et
dedi sibi in potu. 3. ij. croci z peperit statim. z ex-
perius sui hoc semp et semp fuit sic factum.

¶ Auicenna. Stafisagria est vna passa montana. cui⁹ granū est sicut cicer nigrū. In tertio gradu est calida z sicca. z est adustiuā. corrosiuā. acuta. acris. Interficit pediculos. z p̄pe cū arsenico. z p̄fert alopicie antiquelinita. Eadē cū arsenico vel sola ponitur super scabiem z excoziationem. z masticat ad extrahendū ex cere

bro flegma z hum' ditatem.

¶ Et ea quoq; in aceto cocta colluit os ad veniū doloze z gingiue humiditatem. p̄terea sanat alcola cum melle. z bibunt ex ea qñdecim grana cū mellis crata: facitq; ch̄ mū viscosum vomere. In eius m̄ bibitione timor est: qm̄ ipsa vesicam vicerat.

¶ Constantinus. Stafisagria in tertio gradu est calida z sicca: habet acumen quocū masticice vel olibano masticata multum a flegmate caput purgat. Linguāq; p̄pter flegma aggrauatam alleviat.

¶ Gargarisata quoq; caput de grosso z viscoso flegmate mundat. Cum aceto cocta dentium doloze ac ginginarū putredines curat. Sternutatio de illa z nigella vrisq; in aceto coctis iuuat in opilatione venarum yctericos. mixta vero cum auri pigmento z oleo valet p̄tra scabiem ac pediculos.

¶ Pandecta ca. cccxiij. Haberas arabice vel numbasas. Grece pediculida. latine stafisagria vel pedicularia vel granū capitis. vel passula montana. vel rosa regis.

¶ Serapion libro aggre. ca. Haberas sive habetos. anc. Dyas. Est planta habēs folia similia folijs vitis agrestis incisa sicut folia malue agrestis. z habet ramos lōgos.

¶ Galien⁹ sexto sim. far. cap. Stafisagria. In trāslationē arabicā m. Est acuta forzier multum. Et virtus ei⁹ est calida adurens z attrahit z abstergit absterfione forzi.

¶ Auerrois qñto Colliger. ca. de stafisagria. Est calida z sicca in tertio gradu.

¶ Auicenna libro. ij. de Stafisagria. Est calida z sicca in tertio gradu.


¶ Galien⁹. Facit descendere a capite qñ masticatur: aut fit gargarisma cū ea flegma multū. Et puenit cum egritudinib; cū q̄b; eleuat cūstis. z puenit ad pruritum. participat ad a dustiue cuiusdam virtutis.

¶ Dyasco. Grana qñdecim accepta cū mulsā flegmata pingua vomitib; excludit. Verum hñ q; mulsam acceperint assidue bibāt z deambulent. qz offocationes citius p̄stant: z gulā asperant. Trita z bibita pediculos necat.

¶ Auerrois. Dñ masticatur trahit flegma et succus suus mundificat caput per nares. Et electuarium eius valet ad morbum caducum z morfeam. et menstrua educit.

Capitulum. cccxxij

Tractatus



z vlcerybꝫ intestinoꝝ. ¶ Et idē auc. Dyaf. Ista plāta qñ terit bñ z ponit sup vlcera cū sanguie suo pglutinat ea z pbibet apationē eoz. z scindit fluxū sanguis mēstrui. ¶ Et fit eucatisma ex decoctione ei⁹: in q̄ sedēt mulieres. z abscindit fluxū humiditātū antiquaz matricis. ¶ Et bibit ex decoctōe ei⁹ ad vlcera intestinoꝝ. z confert incisionibꝫ carnis: z incarnat ea. ¶ Et qñ fit suppositoꝝ cū eo stringit ventrem: z pfortat stomachū interi⁹ sumpt⁹ z exteri⁹ positus. Sanguis draconis fri. z sic. est cōplexi onis in tercio gdu. Est aut eligendus q̄ interi⁹ est clarus sicut minū. Sophisticat quandoq̄ cū pulvere minij: z cū alio succo indurato. ¶ Cōtra fluxū sanguis e naribꝫ imponat puluis ex eo z fricent nares vt puluis adhereat rupure venaz. Fiat etiaz sinapisma ex eo z albus mine oui z aqua rosaz circa frontē z tempora. ¶ Contra emoptoicā passionē vitio spūaliū tenat puluis ei⁹ z gūmi arabici pfect⁹ ex aq̄ rosaz rū infusiois dragātū z panēs postea trāsglutiat. Si p̄o fiat vitio nutritiuoz det cū succo plāta ginis. ¶ Idē. Fit vsus p̄ dissinteriā: si fiat vitio superioroz. si vitio inferioroz iniat p̄ cristere cū succo plāta ginis z aqua oz. ¶ Suppositoꝝ factū ex eo z succo sanguinarie valet p̄ matricis fluxū: z p̄ fluxū sanguinis nariū.

A Anguis draconis latie. grece sindrichis egilos. ara. demalachoem. Ser. li. ag. ca. demalachoem. auc. Dyaf. Demalachoem vel sindrichis egilos. i. sanguis draconis q̄ fit ex arboꝝ q̄ eodē noīe nūcupat. z est plāta hñs p̄as vñ palmi lōgas aut pl⁹: silis fulis i q̄bꝫ filat. sup q̄s sūt folia puasilla folijs coriandri. q̄z color p̄git ad rubedinē. z hñt viscositate z odore forte: nō tñ malū sꝫ p̄riū odore medicinaliaz. Et in sūmitatibꝫ ramoꝝ sūt corone rotunde z flores albi in p̄ncipio natiuitatē eoz. In fine p̄o fiūt aurei. nascit in terra culta.

Operationes.

A Sera. auc. Sal. Sindrichis. In plāta ista est res q̄ abstergit. z est i ea hūiditas mlta. z ipa infrigidat paz. z cū h̄ est i ea pua stipticitas. z ppter hāc cāz pbibet gñationē apatū. Et q̄daz noīant plantā q̄ dē egilops noīe b̄ plāte. et est plāta silis huic plāte in oibꝫ: nisi qz ista plāta est supior i stipticitate ab ipa. z ppter hāc cāz confert sanguis z vlcerybꝫ intestinoꝝ z fluxui mēstruoꝝ supfluo. ¶ Idem auc. Costan. Succ⁹ b̄ plante est sanguis draconis dict⁹. z ē rubē fortis rubedinis. z sapor ei⁹ est stiptic⁹. z p̄ ei⁹ est q̄ infrigidat z desiccāt in. iij. g. vñ pglutinat vlcera q̄ fiūt a p̄cullioe. z p̄fert fluxui sanguis



Capitulum. ccccxiij

Sarcocolla grece. arabice anzaros. las-
tine ho anzaruta. Sera. li. aggre. ca.
Anzaros. auc. Dyaf. Est gummi arbor-
ris spinose q̄ nascit̄ in terra paras qd̄ simila-
tur olibano. z sunt parua frusta. z color eius ē
subrufus z amari saporis. Et melior ex ea est q̄
cito frangit̄ z desiccatur sine mordicatione. et in
sapore eius est amaritudo. z est calida z sicca in
p̄mo gradu. Unde virtus eius est que glutin-
nat: z abstergit: z maturat: z resoluit: z incarnat:
z aperit apostemata q̄ fiunt a percussione.
¶ Galien⁹. viij. sim. far. c. de sarcocolla. Sarco-
colla est lachryma arboris ex Persia. mixtam
habens virtutē. Et emplastica quadā substan-
tia: z modicū stiptica. vnde immordaciter sic-
cat. z p̄pterea vulnera potest solidare.

Operationes

¶ Dyascorides. Sarcocolla habet virtutē con-
glutinativā vulnez. z abscindit humiditates q̄
veniūt ad oculū z corrodit carnē corruptam q̄
est in vlcery: z habet p̄tū in obtalmia cū pos-
nitur. Et p̄prietas ei⁹ est expellere lipitudines
ab oculo plus alijs medicinis. maxime q̄n ad-
ministrat̄ cū amilo z zuccaro albo.

¶ Et idem auc. Arabari. Restaurat fracturam
z incarnat vlcera. z mūdificat vlcera cū melle.
z q̄n miscet̄ cū albumine oui: aut cum lacte z de-
siccat: z postea terat̄ z cribzatur z in pulvere ad-
ministrat̄: confert obtalmie. et purgat flegma
viscosum. Et dosis eius est quādo miscetur cū
alijs medicinis in decoctioe. a. 3. f. vsq; ad vñā.
et ipsa non ponatur sola propter maliciā eius
magnam.

¶ Et idem auc. Dabit. Sarcocolla est acuta
multum perforativa. comedit carnes vlcera
z habet in cura obtalmie p̄prietatem mag-
nam: et virtutem magnam: et virtutem poren-
tem. et aufert lipitudinem oculorum quando
habent obtalmiam. quod quidē nō facit ita ali-
qua medicina. z maxime q̄n miscet̄ cum amilo
et zuccaro albo.

¶ Et potio eius ad laxandū ventrem. Habet
p̄prietatem iuuandi oculum z ventrem. z pro-
prie ad purgandum flegma grossum quod est
aggregatū in iuncturis z in testinis z in scia.
z in geniculis. expellit ipsum cum fortitudine:
z cum aliquantulo colore. z iuuat medicinas
alias ad extirpandum ex corpore. Et fortasse vul-
nerabit oculum ad intestina. et excoziabit ea.
z inducit tenasimonem p̄pter suam acuitatē.

¶ Et si ipsa datur in potu alicui sola: aut cum

aliqua medicina. z fuerit ille etatis cōplete in-
ducit ei calniciū. et facit cadere capillos omnes
de capite suo. Et si fuerit iuuenis fit in h̄ mora.
Et si fuerit senex: facit illud citius. Et melior
ex illa est que teritur faciliter. que est albidior z
in maiorib; frustis. Et q̄n fit cum oleo de nuci-
bus: quia oleum nucis frangit acuitatē eius.
et propter hoc non habet ip̄a facere id qd̄ dixi-
mus in corrosione. propterea quia oleum pro-
hibet eam adherere. z caliditas nucis frangit
plurimum acuitatis que est in ea.

¶ Sed si preparas eam cū oleo amigdalaz po-
ne de eo duplū aut triplū pōderis de ip̄o oleo.
si vis ipsam ponere in aliqb; pillulis. Sed si
volueris ipsam adhibere solam sine aliqua cō-
mixture alterius medicine: pone plus ponde-
re ei⁹ de oleo. z pone de oleo de kerua quantitas
qua possit dissolui solum. z postea misce cū
alijs medicinis: z cum oleo de kerua erit seni-
bus conuenientior. Iuuenib; autem non est
cōueniens cū eo. quia calor nature iuuentutis
non fert calorem olei de kerua.

¶ Et quantitas dosis ei⁹ simplicis postq; p̄p-
paratur sicut dixim⁹ est pondus aurei vni⁹ vs-
q; ad pōdus. 3. iij. z quartā. Et meliores medici-
ne q̄ cōueniūt in admixture eius sunt serapio-
nū ei⁹ mirabolani. z turbit. z aloē. z armonia-
cum. z bdelliū iudaicū. z semen apij. z ameos.
z familia horū ex medicinis.

¶ Paulus capitulo de Sarcocolla: calida est
z sicca in tertio gradu. Emplastrum factum ex
ea z albumine oui super tempora valet ad fluxū
sanguinis a naribus.

¶ Puluis eius cū aqua rosaz p̄ficiat̄ z soli ex-
siccet̄. z itez cum aqua rosaz ponat̄ in oculo
q̄ maculam p̄sumit z oculū clarificat. Contra
tenasimonem fumus eius p̄ inferiora receptus
emboto imposita valet.

¶ Bulcasim libro q̄ d̄r Seruitor. translato a
sinone de Yanua. Forma nutriendi sarcocol-
lā in lacte. Accipe de sarcocolla bona alba gros-
sa z pone in vase vitreo amplioris orificij z mul-
ge sup̄ eam lac asine in q̄ntitate pauca ne infū-
datur in eo z liquefiat sed remaneat sic. z pone
subito in sole vt cito desiccet̄. z q̄n erit sicca opoz-
tet vt itez mulgas s̄m q̄ntitatē quā dixi. z sem-
per caueas ne cooperias eam lacte ne acescat
lac anteq; desiccet̄ z destruat̄. z fac ita quater
vel quinquies. z cū hoc feceris: sicca bene z cō-
serua. z si nō habes lac asine paratum: fac cum
lacte mulieris: quia est melius.


¶ Auicēn. Sarcocolla est arboris spinose gū-
ma in qua est amaritudo. et bona est illa q̄ ad
citritatē declinat similis olibano.

¶ Et dicit̄ quidā q̄ est calida in secundo sicca
Lc iij

in pmo. Est aut glutinatita: 7 ideo cōsolidat et carnem creat. Valet etiaz ad aurem saniosam. Confert obtalmie. 7 pprie lippitudini 7 fluxui oculi. proprie cum lacte asine.

R

¶ Plateari⁹. Sarcocolla est in secūdo gradu calida 7 sicca. Est gūma cuiusdā arboris ex partibus transmarinis. Huius generis alia est in puluerem redacta q̄ facile ex alterius pulueris admixtione etiaz sopbifficat. Alia vero grossa reperitur diu seruat ex glutinositate quā habz. Inest ei virtus pstringendi 7 solidandi. Eligenda est illa q̄ alba est: aut subalbida: aut gūmosa. q̄ in maiori q̄ntitate reperit. Reducta in puluerem non valet.



Capitulum. ccccxxiii.

¶ Spatula fetida. Verba est similis yreos.

Operationes.

R ¶ Paulus capitulo de spatula fetida. Succus eius eradicat morfeam albam si fiat vnguentū ex puluere eius 7 puluere staphisagrie. flāmule 7 hermodactili. 7 de attramēto cōbusto in olla rudi cū aceto 7 arungia porcina vetusta. 7 inungatur ter in die. 7 cooperiatur cū folio caulis et plantaginis.

Capitulum. ccccxxv.

¶ Sebesten. Pandecta ca. ccccccccxxv. Sebesten latine. Grece Βαχαιος magiata. Arabice faulis sebesten. Et in lingua Persica vocatur mammilla canis. Unde. Sebesten mammilla canis fert Persica lingua. ¶ Serapion libro aggregatoris capitulo Faulis. Sebesten. Aboanfemochiata sunt nomina istius arboris fructificatis fructus dulces. nominant eos gentes faulis sebesten. ¶ Et idē auctoritate ysaac. feneram mochiata est roth in Arabia. et est arbutū altū super terram sicut basta. habens corticē cui⁹ color vergit ad viriditatem. 7 habet folia magna rotunda. 7 habet racemos: quoz sapor est dulcis. et vna eius est magnitudinis nucicne que postea glaucescit cū maturatur. Et habet interius viscositatem albam. 7 granum quod est sicut granum oliue. Dic fructus colligitur 7 exsiccatur donec pallius sit. 7 est illud quo vti mur in medicina. 7 est medicamen medium in complexionē sua in ca. 7 fri.

Operationes.

De Herbis

¶ **Ysaac aneto. vis.** Sebesten laxat ventrem febricitantiū. ¶ fert tussī q̄ est a caliditate z sic- citate. z lenit pectus. z sedat catarrū calidum stipticum ppter eius humiditatem.

¶ **Et** fert ardozi vtrne q̄ fit ppter mordicatōez colere ī vesica z ī renibz. z expellit fomes intesti noz. qz adherent ei ppter dulcedinē suavi.



Capitulum. cccxxvi.

¶ **E**men lumbicorū latine. Brece **Al- basan.** Arabice **Kanbel.** Serapion li. ag. c. Kanbel. id est semen lūbricoz Assimilat em̄ arene. z ascendit super ipm̄ glau cedo. z est in substantia eius stipticitas fortis. z expellit ascarides.

Operationes

¶ **Sera. auc. Almansoz.** Kanbel vel kanabel id est semē lūbricoz. est calide cōplexiōis: z expellit ascarides z ca dit sup̄ terrā albā: z nō semi- nat. Et est vna de rebz q̄ cadit de celo.

¶ **Et idem auc. Aluismen.** Kanbel est res in qua est glaucedo. solidant̄ cum ea olle q̄n fran- gunz. z dicit̄ q̄ reperit̄ sup̄ terram in corasceni postq̄s pluit: z colligit̄ tunc.

¶ **Et** q̄n bibit̄ tritum expellit lumbicos z asca- rides. z laxat ventrem.

¶ **Quicē. li. ij. cap. Kanbel.** Kanbel ca. est in tertio gradu. Et est semen arenosum qd̄ coopit rubedo q̄ est minor rubedini lapidis ī felle bo- vis reperti. z in ipō est stipticitas vehemens: in- terficat fomes z ascarides: z expellit eos.



Capitulum. cccxxvii.

¶ **E**ne arabice grece z latine. Serapio li. ag. ca. sene. Sene q̄n desiccatur reposit̄. Et ipm̄ habet vaginas oblongas in q̄bz sunt semina ordinate distincta. z ille va- gine habent̄ pediculū subtile. q̄ adherēt ramu- lis. z q̄n agitant̄ vagine a vento cadunt: z pas- tores colligunt eas.

Operationes.

¶ **Serapion auc. Dabiz.** Virtus eius est cali- da z sicca: tamen pance caliditatis z siccitatis eius est ppe caliditatem ipsi. z habet virtutem magnā q̄n puenit ad stomachū purgandi me- lancoliam z coleram. Et fortificat substantiā cordis q̄n miscentur cū eo medicine quas dixi- iunare sicut viola: z portio decoctionis pl̄ con- fert q̄s ipm̄ tritum. Et dosis siccī triti eius est a. 3. i. z in decoctione. 3. v.

Ec iij

- B** ¶ Et idem auctoritate Rasis. Sene et fumus terre purgant humores adustos. et cōfert sca-
bici et pruriti.
- E** ¶ Johan. Desue. Sene est folliculus plante quā vocant Herse alsemer. Et inuenit ex eo do-
mesticum et siluestre. Et melior pars plante est
folliculus: deinde folia. Et melior folliculus ē
cuius color declinat ad viriditatem et subnis
gredinem quandā. et in quo est de amaritudine
res modica et stipticitate. et qui est magis cōpre-
tus. et in quo sūt femina ampla cōpressa. Sub
albidus autē nō est bonus et incōpletus. Simi-
liter et folia sūt meliora viridia. Subalbida ve-
ro et tenuia sunt bona. et antiquum ex eo est sine
spiritu. et stiptes ei⁹ sunt inutiles: est calida ī
pncipio secūdi. sicca in pmo. et folia sunt in pri-
mo calida. et est abstersiuū. mundificatiuū con-
uenienter: et resolutiuū. Debilis est et tardus
lutionis. et debilitat stomachum.
- D** ¶ Confortatur cum rebus acutis sicut zinziber
et sal gemma. et medicine cordiales et stomati-
ce cū eo felicitant opus eius.
- E** ¶ Et Galienus. Cum iure gallozum aut car-
niū soluit sine molestia. et si infundatur in aqua
casei cum spica. deinde coquatur parum: est me-
dicamen bonum. Solutione educit enim cum
facilitate melancholiam et coleram adustam. et
mundificat cerebrum cor et epar et splenem: et
membra sensuum: et pulmonem. et cōfert egri-
tudinibus eoz. et aperit opilationes viscerum. et
conseruat videntem ipō in iuuentute. et generat
gaudium. Causa autē tristitie amputat.
- F** ¶ Et ponunt folia eius in lauacris ad caput: et
ppria cū camomilla. Cōfortat cerebrum et ner-
uos. et sū omnē modum administratōis ei⁹ addit
in visum: et corroboret auditū.
- G** ¶ Et est medicina bona febrium melancholiaz
et antiquarum. Dosis eius infusi potio est ab
gureis. iij. vsq; ad. 3. i.
- D** ¶ Plateari⁹. Sene est herba calida et sicca que
in transmarinis partibus nascit: maxime circa
babiloniam et in Arabia. vel in confinio babi-
lonie et arabie. Folia tantūmodo cōpetūt vsui
medicīne. per annos decem seruat.
- I** ¶ Et virtutem habet dissoluendi attrahendi et
purgādi flegma. pncipaliter melancholiā. S3
cū p se dat pncipaliter in decoctiōe poni debet
in qntitate vni⁹. 3. Cum autē cū alijs in qntita-
te medie vel tertie partis.
- R** ¶ Contra melancholicas passiones: epilentiam
quartanam emorroidas. contra vitium sple-
nis et epatis et sincopim epilentiam.
- L** ¶ Ad idem quoq; valet syrupus ex succo feni-
culi ac sene cum succaro: et maxime contra vis-
cum splenis.



Capitulum. cccxxviii

¶ Senecion. ysi. li. ethimol. Senecion dicitur
eo qd vere pmo senescat. vnde et eam la-
tini senecionem vocant. Greci origan-
on. Nascitur p macerias.

Operationes.

- ¶ Dya. Senecion nascit in tectis et in petris. et h3
folia viridia et densa. pyrsum subrusū. et in ei⁹ sū-
mitate capitella in modū viticelle. vires habet
stringētes: eadēq; faciētes q et plantago.
- ¶ Cū a ceto caribapla/mata valet ad neruoz in-
cisiones. cū vino autē dulci testiculoz inflama-
tionē tollit. Folia em eius frigida sunt.
- ¶ Ex herbario. Senecia tusa cum arungia: et
iposita vulnera sanat etiā rccētia Stomachi
q3 et pedum lumboz et rozarum atq; neruozū
dolorē tollit. ad podagram etiam tusa et im-
posita e3q; pedibus proficit.
- ¶ Actor. Senecio dicitur et carduus benes
dictus: sicut in synonymis legitur. Aliud est
senacio videlicet Nasturcium aquaticum. de
quo superius dictum est de. A.
- ¶ Macer. Origeon greci nos senecio vocita-
mus. Quod similis canis videatur flore capil-
lis. Nascitur in muris: in ortis et tegularis. V-
lius herbe vis frigida dicit esse. In medicinali

De Herbis

radix nō ponit̄ vsu. Flores cū folijs tundes in fundito vini. Per modicum dulcis ⁊ sic tepe/ facta tumori. Dec simul apponas ani vel testis color. ⁊c.



Capitulum. cccxxix

Serpillū. ysi. Serpillū dicit̄ eo q̄ radices eius lōge serpent. Ea des ⁊ matris ani mola dicit̄ eo q̄ menstrua moueat. Passa dicit̄ li. iij. Dense marcio serpillū plātis aliquod semie ferit. s; vetusta melior. leti⁹ frondebit: sed iuxta piscinā vel lacuni vel putei margines cōserat. Pl. lib. xx. Serpillū a serpendo purant dicit̄: qd̄ in siluestri euenit: maxime in petris. Satiū nō serpit sed ad palmi altitudinē in/ crescit. pinguis voluntariū in candidioribus folijs ⁊ ramis efficac̄ est aduersus serpētes ma/ xime scolopēdras terrestres atq; marinas. Idē Pl. ca. de serpillō. Serpillū idē est qd̄ herpillū. Quis sumit̄ p polygonia. vt in Alexandro de dolore capitis ex causa calida. Et dicit̄ serpillū qz sup terras serpit. Et est aliud siluestre: aliud domesticū. Domesticū ramos diffundit super terrā. Siluestre in longū crescit ⁊ altū. Pan/ decta cap. d. lxxi. Numir arabice vel mestratir miseri. grece serpillum vel herpillum. latine ser/ rapillum. Serapion libro aggregatoris cas

pitulo Numir. aucto. Dyas. Est de eo domes/ ticum ⁊ siluestre. sed domestica est planta incli/ nata sup faciem terre iacens. ⁊ quod de ea tan/ git terram infigit in terra radices et habz folia ⁊ ramos similia folijs ⁊ ramis origani. nisi qz sunt albiores ⁊ in odore suo est aliquantulum ex odore maiorane. et vtuntur ea mlt̄a in cibis ⁊ nominant eam multi arclas ⁊ arclanē. Sed siluestre ex eo nominatur ragis. quod nō incli/ natur sicut aliud super terram in ortu suo. imo stat erectum ⁊ habet ramos subtilles lignosos adeo q̄ possumus facere ex eis licinia ad lumē accendendū. ⁊ ramuli sunt longi circa palmū pleni. folijs rute si milibus. nisi quia sunt stri/ ctiora ⁊ longiora. ⁊ duriora folijs rute. ⁊ flores acuti saporis: ⁊ odoris boni: per singulos ra/ mos distinctos. Cuius color est in summitas/ te eius purpureus. Et habet radices in quibz non est inuamentum. Mascit̄ in rupibz ⁊ in lo/ cis lapidosis. ⁊ est fortius ⁊ calidius domestico ⁊ admiscet̄ in medicinis. Et est alia spēs agre/ stis vel siluestris. ⁊ est sifna barion. nascitur in locis habitabilibus ⁊ domesticis. ⁊ est similia mente. nisi quia sunt ei folia latiora q̄ mente. meliorem odorem habentia. Et idem auctori. **Daf.** Substātia eius est subtilis que calefacit ⁊ desiccāt in tercio gradu.

Operationes.

Dyascorides ca. de Serpillo. siue vt latini cicer erraticum. Verba est humilis ⁊ sup terrā repens cū folijs atq; ramis origano similibz. albidioribz tamen. samsuci odore fingentibus. Et ei⁹ spēs sūt due. Vna ortualis siue visualis: q̄ in campis lapidosis crescit. Alia agrestis: q̄ nō p terrā serpit: s; recta atq; stipit̄ positione erigit̄ cū ramulis tenuibz atq; horētibz in lon/ gitudine bipalmis: cū folijs paruis rute simili bus: s; angustioribz ⁊ lōgioribz. cui⁹ basta silis est sarmento. Flozem odore suauis habens in omibz virgis constitutū ⁊ in summitate purpu/ ream ⁊ linguā remordentē: ⁊ gustu viscidum. radix eius inutilis est. nascitur locis saxosis. Est autē vehementior et calidior ea q̄ est vsuas/ lis: q̄ ideo accepit nomen herpillū: qd̄ greci ber/ pete repere dicunt: qz ambulat. Nam fructus hui⁹ plurimū ambulat fructificando.

Quicē. li. ij. ca. mescatramisir. Descatras/ mesir siue mescarrasir est: cui⁹ stipites sunt simi/ les ascehefabram sicco. Ex q̄ nō assumit̄ in p̄n/ cipio cibi sapor plurim⁹ neq; odor. Deinde suc/ cedunt amaritudo et acuitas. ⁊ est diuersarum speciez: et vna est debilior: alia est calida ⁊ sic/ ea pueniens ad tertium.

Tractatus

- A** ¶ Sera. auc. Dyas. Serpillū puocat mēstrua qñ sumit in potu z vzinā. z pfert tortiōibz vētr̄ z acritiōibz musculoz z summitatū eoz. z apo stemaribus epatis calidis. z est bonum contra nocumenta venenoꝝ qñ bibitur. Et fit emplastrum cum eo super morsum.
- D** ¶ Et qñ coquit cū aceto z admisceat ei oleū rosa rū z pūciū sup caput sedat sodā. z est pueniens p̄p̄e litargie z carabito. Et qñ sumitur in potu ex eo cū aceto. 3. iij. sedat vomitū sanguinis.
- E** ¶ Et idem auc. Sal. Semen ei⁹ est similiter calefactiū. z ideo qdā exhibent illud in potu bascentibz sincopim z tortiones in vino.
- F** ¶ Et idē auc. Dyas. Dabz virtutē calefactiūā qñ semen ei⁹ bibit cū vino. z pfert distillationi vzinē: z lapidi: z tortionibz ventris z sincopi. et fit emplastrū cū eo ad puncturā apum. z qñ sumitur in potu sedat vomitum.
- S** ¶ Et idem aucto. Aben mesuay. Aperit opilationes viarum. et habet virtutem confortandi multum in punctura.
- H** ¶ Dyas. Virtutē bz p̄strictiūā siue redarguentem. mēstruis imperat. vzinā puocat. bibitum tortiones z p̄quassatōes vtiliter curat. tumorē capitis cōpescit. Dorsibz venenaris occurrit. bibitū z impositū id prestat. Dolorē capitis cū aceto cocto oleo rosarū addito compescit: maxime litargicis z freneticis adhibitus pdest. Nauseam puocat. Item emoptoicis mederi dicit. 3. iij. cum aceto datis.
- J** ¶ Sal. vi. sim. far. c. de Serpillo: noiat ipsum multum subar. Sapor ei⁹ est fortiter acutus. et virtus eius est calida subtiliatiua z resolutiua. z prouocat vzinā z mēstrua.
- K** ¶ Auicēn. Quando pascunt eum pecudes facit emulgere sanguinē z excusar a calamento. immo fortius est eo plurimū. z extrahit humides durates viscosas a pectore z pulmone. Syrup⁹ eius pfert p̄urbationi z nausē. prouocat mēstrua fortiter z vzinam.
- L** ¶ Placētari⁹. Serpillū est ca. z sic. Et ē duplex Domesticū ramosū sup terrā effundit. Siluaticū in longū crescit in a. tū. Folia z flores ei⁹ medicine cōpetunt. valet p̄tra frigidū reuma. p̄tra tussim: p̄tra frigiditatē stomachi. z dolorē ex ventositate.
- D** ¶ Ex herbario. Serpillū qd in mōtibz saxosis nascit efficac⁹ est ad medicinā. Duius rursi et siccati puluis cū aqua calida potatus mēstrua mouet. vzinā puocat. tortiones visceꝝ z tormētoꝝ ruptiones sanat. Idem valet ad capitis dolorem. z ad serpentū ictus.
- H** ¶ Dacer. Serpillū veteres dixerūt q̄ qñ serpat. Et re vicin⁹: hinc fernida siccaꝝ vis est Acti cum vino tritum p̄tun dis oliuo. cui rosa

dat nomen. hoc vnguine p̄ line frontē. Egrosi capitis solet hoc sedare dolorem. Audoꝝ cōbus isti serpentes effugationes.



Capitulum. cccxxx.

¶ Erapinuz. latine et grece. Sachabenez arabice. ¶ Serapion libro aggreg. cap. Sachabenez siue Sachabengi. aucto. Dyascoridis. Est gummi cuiusdā plante: similis galbano in figura sua. Et est vna ex speciebus ferule: sicut a paret in cap. Ferula. Melius autem ex eo est clarū exteri⁹ rubēū: et interius album. Doreius est inter odorem asfetide z odorem galbani.

Operationes

¶ Serapion auctoritate Dyas. Confert dolori pectoris. z attritioni lacertoꝝ. z tussi antique. z auferit superfluitates grossas que sunt in pulmone. z curat epilepticos z spasmū: cū facit declinare caput ad posteroꝝ. z valet dolori splenis z paralisi.

¶ Et illi q̄ amisit sensum z motū alicui⁹ mēbr̄ causa frigiditatis que accidit neruis et custodit corp⁹ a frigore. maxime vero a frigore febriū

De Herbis

periodicaz. ⁊ fit cū eo inunctio ī doloribꝫ magis et confert. Et quando bibitur cū ydromeli le prouocat menstrua: ⁊ interficit fetum.

¶ Et qñ bibit cū vino ꝑfert moribꝫ venenatis ⁊ qñ odoratur ꝑfert suffocationi matricis.

¶ Et qñ linif cum aceto sup cicatrices attenuat eas ⁊ ipm abstergit vestigia vlceruꝫ oculoz.

¶ Et confert obscuritati visus: ⁊ aque q̄ descēdit ad oculum: ⁊ ꝑhibet eam.

¶ Et dissoluit sic dissoluit aq̄ cū amigdal' amaris: vt ruta: aut pane calido. ⁊ sic admistrat ad ea q̄ dirim'. ⁊ est ꝑtrariū venenis mortiferis.

¶ Et aliquñ teritur cum aceto ⁊ linitur sup ozꝫ deolum: ⁊ aufert ipsum.

¶ Et ꝑfert colerice: ⁊ qñ sumit in potu: aut fit cū cocistere purgat flegma grossū qd̄ ē ī iūcturis. ⁊ mollit ventrē mollificatione cōperenti.

¶ Et cōfert emozroidibꝫ qñ sumit simplex aut cōpositū. ⁊ ē pueniēs medicinis laxatiuis acutis: ⁊ expellit v̄tositates grossas. ⁊ dissoluit lapidē. ⁊ ꝑfert rigoribꝫ febrū. ⁊ auget sperma.

¶ Et est bonū epati. ⁊ purgat aquaꝫ citrinā. et ꝑfert ꝑicturis scorpionis. ⁊ cōfert v̄tositatibꝫ intestinoꝝ ⁊ costaz. ⁊ purgat flegma viscosū ⁊ dosis eiꝫ simplicis est. a. ʒ. i. vsqꝫ ad aureū. i. infusi aliqua decoctione. aut in aqua rute. aut aque mellis. aut senugreci. Et si admisceꝫ cum alijs medicinis infrigidat. ⁊ sic dosis eius est a. ʒ. ʒ. vsqꝫ ad. ʒ. i. Et melius est illud cuius color declinat ad rubedinem. ⁊ est clarū habens odorem bonum ⁊ acutum saporem.

¶ Et ꝑfert doloribꝫ emozroidaz qñ bibitur simplex aut cōpositū. ē pueniens admistrari cū medicinis laxatiuis. ⁊ ꝑhibet difficultatē: aut grauedinē eaz sup naturā. ⁊ resoluit ventositates grossas q̄ generant in corpore.

¶ Gal. viij. sim. far. ca. de serapino. Serapinū opus ē ca. ⁊ subtiliū partū similiter alijs opis Habet autē ⁊ qd̄ absteriuū q̄ ⁊ cicatrices q̄ in oculis expurgat ⁊ subtiliat. qñ immo suffusioꝝ n̄bz ꝑpter grossiciem humozꝫ fiennbz bonū est farmacū. Ipa ꝑo planta ex qua fit ferule similis existens debilis ⁊ inutilis est. noīatur autē ꝑncipalius illa serapinum.

¶ Qd̄ pos em̄ eiꝫ ab v̄tētibꝫ noīat ita sicut ⁊ alia m̄ta ꝑpter defectū vocabuli noīam' abusiue mel' erit ipm nō serapinū. sꝫ opus serapini dicere.

¶ Paulus ca. de serapino. Alii est et sic. in tertio gradu. Et ipsum dissoluum in succo rute frangi lap. an et facit vinare. Et fit colliriū contra pannū oculoz:

¶ Et ꝑfert ob'curitati visus ⁊ aque descēdenti ad oculū: cuiꝫ receptio est hec. Recipe serapini. ʒ. i. dissoluat in. ʒ. i. succi. celidonie succari. ʒ. ij. ⁊ distil' et cū lacte mulieris ana equaliter



Capitulum. cccxxxj.

Sesama vel sesamo. Plini'. Sesama venit ab Indis: ex q̄ oleū faciūt. ⁊ est candidi coloris. Est at̄ ex estiuis frugibus q̄ in estate ante virgularaz exortu seruntur Eiusqꝫ fructꝫ vasculis sic ⁊ papaueris includit' Dec q̄des sic miliū ⁊ panicū: ⁊ omnia estiuā maturant a flore diebz. xl.

Operationes.

¶ Plini'. Sesamā vt pinsat in ca. aq̄ macerata puenit expozrigi deinde ꝑfricari. ⁊ frigide is mergi vt palee fluitent iterūqꝫ in sole super linthea expozrigi. Qd̄ nisi festinato pagat: limido colore mutescit. Ipa ꝑo q̄ euoluūt alia euoluūtur. variā habent pistaraz rōnez acus vocat' cū ꝑ se pinsat. Spica em̄ ad vsus aurificū. Si ꝑo in aera terit cū stipula: palea maiore parte terraz pabulo iumentoꝝ.


¶ Idem in libro. xxij. Sesama trita inbibet vomitiones. Auricqꝫ in flāmationi illinitur et ambustis. Eadem ⁊ dū in herba est efficit. Amplius in vino decocta imponit oculis. stomacho autē est inutilis cibus: ⁊ animo grauitatem facit. Stellionum moribus resistit. vlcerebusqꝫ que cocoethe vocant.

A

B

Tractatus

- E** **Q**uauribus pdest oleū quod ex illa fit. Sefamoides a similitudine nomen accepit. grano amaro et minore folio. nascit̃ in glariosis. Bilem in aqua potum detrahie.
- D** **E**t eius semen illinitur igni sacro: pannos discutit. Est em̃ nūc aliud sesamoides. videlicet ancyre nascens: qđ ob h̃ aliq̃ vocant ancyriciricon. Cetero simile erigeronti herbe.
- E** **G**ranum sesame in vino dulci ad detractiones datur q̃num tribus digitis capitur. Hiscent etia; ellebori albi vinum et dimidiū obuslum purgationi eam adhibentes maxime insana ne metacolie. comicialibus quoq; et podagris etiā per sedragme pondere epinanit.



Capitulum. cccxxxij.

Eride. Plinius li. xx. Seris lactuce similia. duoz generum est. Siluestris melior est nigra ista et estina. Deterior byberna et candidior est.

Operationes.

- A** **U**traq; stomacho vtiliss̃. ma. p̃cipue quē humor verat. et cum aceto in cibo refrigerant. vel illite discutiuntq; et alios q̃ stomachi.
- B** **C**um pole nta siluestrium radices stomachi causa sorbentur et cardiacis sup sinistra mamma in illinunt. ex aceto podagris et sanguinez reijcientibus vtilis sunt omnes hee.
- E** **I**temq; q̃bo genitura fluit alterno diez potu.
- D** **D**vas. Seridis due sunt spēs. Una videlicet agrestis: et alia ortiva est. Agrestis qđ pinguis et citronon est appellata. et h̃z folia lata. Altera s̃o sc̃z ortiva species h̃z duas. Una quidez habet lata folia lactuce similia. Altera vero est

amara. et habet folia angusta. Omni virtus est stipica et cum stomacha.

Uentrem abstinere cū aceto cocta maximeq; agrestis. vera: ū stomacho p̃firmat. et estuanōes mitigat. sola cū polenta iposita blādit. cordiacis et oculoz tumori subuenit. folia imposita vti cathaplasma: mitigant scorpij p̃cullum.

Ipa q̃z addita polentis et imposita. cōpescit ignē sacri. **D**itra cū aceto ac cerula om̃ibus calidis rebus opitulat.



Capitulum. cccxxxij.

Spelta. Pādecta. ca. cclxxv. Futa arabice. vel fult vel bals vel balca. Grece benge vel tragus vel zeia vel ellica. latine s̃o spelta. Sera. li. ag. c. fult. id est spelta. et ipa est sic ordeus granū. Et sūt ei⁹ due spēs. in vna inueniunt̃ duo grana. et in alia vnū. et q̃dlibz granū in cortice suo. et ipm̃ qđ min⁹ nutrit q̃ ordeus: et ē boni s̃a potus. Panis em̃ q̃ ex eo fit min⁹ nutrit q̃ panis tritici vel ordeus.

Operationes

Sera. auc. Dvas. Tragus. i. spelta. figura eius est figura grani: qđ de candaristum. et est minoris nutrimenti: qz multū h̃z de fursure. et nō est facilis digestionis. et mollit ventrem.

De Herbis

¶ Et idē auctoritate Pauli. Tragus est spel-
ta. 7 est ex speciebus granoꝝ mala stomacho:
7 lenit ventrem. ¶ Et idem auctoritate Mas-
ac. Est frigida 7 humida viscosa. Galien⁹ p̄
mo libro de edulj̄s capitulo zeya. auctoritate
re Dyascoridis. Zeya duplex. Hec quidē est
simplex: 7 vocatur kyrmon. hec autem dyko-
likos vocatur. in duobus quidē in volucris.
coniugatum habens semen. minus autē nu-
tritiua frumentis. Est enim profundarum ra-
dicum 7 multoꝝ calamoꝝ. fructus autē lenis
simus 7 affectatus ab omnib⁹ animalib⁹. Est
autem simile frumentis in frigidis regionib⁹
bus cultum. fit autem magis nutritiua: si cū
ordeo aptaꝝ stomacho farina facta ex eo et
frumento fiunt pulres. est autē satis nutriti-
uum 7 facile elaborabile. magis autem subci-
tatiuum ventris. ¶ Et idem sexto simpliciuꝝ
farmacoꝝum capitulo zeya. Zeya siue spelta
mediā quodāmodo virtutem habet inter fru-
menta et ordea. Et ideo innorescat tibi p̄ ea.
¶ Serapion. Hōllit naturam 7 generat ins-
tationes et rugitus. 7 est bona viscositatib⁹
pulmonis 7 pectoris: 7 forti cussū. Nam fiunt
ex ea loboc 7 pulres. 7 prouocantur inam 7 mū-
dificat renes 7 vesicam.



Capitulum. cccxxiii.

Symphicium: Dyascorides. Symphit-
cum nascitur in locis asperis habēs
7 gas origano similes ac tenues. cas-
pita vero sicut thimū. virge lignose sunt 7 os-
dorare: gustuꝝ dulces: flegma pronocantes.
Radix est illi longa 7 obzusa in modū digiti
grossa. ¶ Sympatos. Isidorus. Sympatos
grece dicitur est: eo q̄ tantā radicis virtutes
habeat: vt frustra carnis i cacabo aspersa co-
agulet. Synapiagrion vel vt dicitur latini scā-
dalicū. i. pes pulli. nascit in tumulis 7 sup res-
gulas. Verba est hñs folia minutaz angusta
duob⁹ digit⁹ longa: in sūmo diuisa 7 pinguis
Virgā pfert in medio duoz palmoz cū pau-
cis ramulis: in q̄b⁹ fert semen cardamo simi-
le: latius: obrotundū ac veluti conuassatū. vn-
de 7 vocatur talaspiū. Greci nāq; thalasse di-
cunt frāgere siue quassare. florem habet albū
Vir⁹ est ei 7 semini termantica atq; acra.

Operationes

¶ Dyascorides. Potui datū vebemēter pur-
gationem facit superior⁹ ac inferior⁹. Scias-
ticis medet p̄ clistere adhibitū. Menstruis
imperat bibitum. Collectiones in aceto bi-
bitum rumpit. Abortum facit.

¶ Idem. Symphicū elixū in mulla: pulmo-
nem purgat. resciētēq; sanguinem: aut nes-
freticos cū aqua medicinaliter iunat. Radix
eius cū aqua cocta et bibita fluxum mulier⁹
abstringit. Dissintericis quoq; p̄oficit.

¶ Cum oximelle data cōquassatiōes atq; do-
lores lateris saluberrime curat. Basticata
vero sicim amputat: 7 aspredeinē faucuz miti-
gat. Vulneri recēti paracolesim facit. Entes
roceliacos bibita 7 carbaplasmata optie cur-
rat: 7 carnes concoqui facit.

¶ Aliud est symphicū qd̄ piten est appellatū.
bassam habet asperam duob⁹ cubis longaz.
angulosam 7 abintus inanē: in qua folia sūt
aspera 7 angusta. sicut buglossos oblonga.
angulos etiā habet ipsa basta in q̄b⁹ nascunt
folia. flores habet mellinos.

¶ Et semen sup bassas sicut flosos. Bassaz
frutex habent quiddā simile pulveri quod cū
carne applicatū fuerit: puriginē facit.

¶ Radix est ei nigra. que cū fracta fuerit ap-
paret alba 7 muscilaginosa. Dec trita 7 bibis-
ta medentur emoptoicis: cōquassationes resci-
cit: 7 anī tumores spargit.

¶ Cum yringitbe folijs carbaplasmata face-
re potest omnia supradicta. Vulneri paraco-
lesim efficit. Carnes incisās 7 i cacabos mū-
sas in se glutinare facit.



Capitulum. cccxxxv.

Sinonū. Pandecta capitū. dclxviii.
 Quidam dicunt q̄ hec est herba que
 dicitur pes milui. quidam dicunt q̄
 est alexandrum: sed falso. Nam neutrum isto
 rum est verum. quoniam non est pes milui q̄
 vocatur pepanus: quia pes milui habet folia
 satis maiora ⁊ pinguiora. ⁊ flores satis a flo
 ribus sinoni differentes. quoniam pes milui
 facit flores multos ⁊ albos simul cōiunctos
 in capite stipitis apparētes: sicut cauda gar
 te: ⁊ eius herba sicut valeriana. Sed sinonū
 recte florefcit sicut petrosilinum vsuale. secū
 da facit folia sed maiora non est similiter alex
 andrum quod facit semina nigra rugosa ⁊
 cūq; curua ⁊ magna sicut git. Sed sinonū
 fm Dyascoridem ⁊ Plinium facit semina si
 cut apium ⁊ ameos. Unde fm veritatem si
 nonum est petrosilinum macedonicū. Quo
 nam Dyascorides dicit: Sinoni semen est
 minutum simile apio: sed oblongum ⁊ nigrū:
 gustu calidum diureticum valde ⁊c. Et dicit
 tur sinonum: quia nascitur in syria prouincia
 regionis macedonie.

Operationes.


Dyascorides cap. de petrosilino q̄ nascit
 in macedonia in criptis ⁊ speluncis. ⁊ me
 est minutū simile apio vel ameos odoratus ⁊
 viscidum ⁊ aromaticū ⁊ diureticū valde.

Menstruis imperat Inflationes stomachi
 ⁊ colli cōpescit calefaciendo ⁊ siccando. In
 mis tortionib; subuenit. Dolorē laterū miti
 gat. Refreticis ⁊ vesice dolori subuenit.

Pronocat abundāter urinā: maxime cū vi
 no datū. diureticis antidotis miscetur.


Paulus cap. de petrosilino macedonico.
 Petrosilinum macedonicum cui⁹ semen de
 syria affertur. Vel semen est minutum simile
 apio diureticū valde. nascitur circa petras.
 semen ⁊ folia similia apio. semen eius odora
 tum ⁊ diureticū valde. vnde petrosilinū vos
 catur: quoniam multotiens in petris nascitur.
 quod multi petrapium dicere consueuerunt.
 Quia idem sunt sinonum ⁊ petrosilinum ma
 cedonicum. quod latine dicitur petrosilinū
 agreste. Lege capitulum Petrosilinum.

Multi sinono vel macedonico carentes
 vtuntur alexandro: quoniam sunt eiusdē vir
 tutis. Virtutem sinoni vel macedonici: vt in
 uenies in capitulo Petrosilinum.



Capitulum. cccxxxvi.

De Herbis



Sinapis. Pandecta capitulo. cxxviii
Lhardel arabice. grece vero 7 latine
 sinapis. Sinapis duplex e species.
 Una est cui⁹ semina exterius sunt subnigra.
 inferius vero alba. Alia cuius semina exte-
 rius 7 interius sunt alba. 7 habent vnam vir-
 tutem. sed prima species est acutior secunda.
 Et componitur sinapis a semi 7 napus: quia
 tenet medium inter sinapim 7 napum. est cas-
 lida 7 sicca in medio quarti gradus. ¶ **Sera-
 pion** libro aggregatoris capitulo **L**hardel.
 auctoritate **D**yascoridis cap. **L**hardel: id est
 sinapis. Et est illud eligendum quod no est
 nimis siccum nec extenuatum. et habet gra-
 num grossum. 7 si frangitur est album interius
 us: 7 est humidum. nam istud est tale nouum
 bonum. ¶ **I**dem auctoritate **S**alici est calid-
 da 7 sicca in quarto gradu. ¶ **A**uicenna libro
 secundo capitulo de sinapi. Sinapis est cas-
 lida 7 sicca in quarto gradu.

Operationes

¶ **S**erapion. Virtus foliorum est calida vlt-
 ceratiua. 7 ppter hoc pungit multum. quan-
 do teritur 7 miscetur cum radice enule. et dis-
 mititur super locum per spacium boze. 7 cos-
 fert sciatice vlcerose 7 spleni.
 ¶ Et linitur cu eo scabies vlcerosa et aufert
 eam. 7 aufert maculas vnguium. 7 cofert qn
 radix eius suspenditur in collo habentiu do-
 lozem denticum: nam sedat eum.
 ¶ **I**dem auctoritate **D**yascoridis. Sinapis
 virtus eius est calida 7 subtiliaz attrahit qn
 masticatur. 7 quando teritur 7 miscetur cum
 aqua: 7 temperatur cum ydromelle: 7 fit inde
 gargarismus. ¶ **C**onfert apostematibus ras-
 dicis lingue. et antique asperitati pulmonis
 facto cum eo gargarisinate. Et quando fit cu
 eo emplastrum cum rebus conuenientibus ad
 hoc resoluit scrofulas.
 ¶ Et quando teritur 7 applicatur naribus com-
 mouet sternutationem: 7 confert epilepti-
 cis excitans eos. 7 mulieri que patitur suffocati-
 onem matricis. ¶ Et cofert litargie quando
 fit emplastrum cum eo super caput: postq se-
 cisti capillos eius abradi. 7 quando admisce-
 tur cu caricis 7 ponitur sup cutim donec ru-
 beat confert sciatice 7 duricie splenis. et est
 coueniens ppter doloribus antiqs. qn volum⁹
 attrahere aliquem humorem ad exteriora. et
 qn fit emplastru cu eo: curat alopiciam.
 ¶ Et quando miscetur cu melle et adipe: aut
 cum cera 7 oleo dissoluta: mundificat facies.
 et aufert maculam seu liuorez qui fit sub oculis

lo. 7 coquitur cum aceto: 7 linitur cum eo sca-
 bies vlcerata et empetigo.

¶ Et qn terit grosse 7 dat in potu cofert febr-
 bus periodicis. 7 cofert grauitati auditus 7
 tinnitui aurium. Et quando teritur 7 admisce-
 tur cum aqua 7 melle: 7 fit inde colliriu: cofert
 obscuritati visus: 7 pruritu palpebrarum.

¶ **A**uicenna. Sinapis incidit flegma. 7 ole-
 um eius est calidius oleo raphani. 7 fugiunt
 ex fumo eius vermes venenosi. 7 illa que est
 siluestris generat humorem malum. Et i ipa
 sunt absterfio 7 etiam resolutio.

¶ Et homines qda comedunt folia ei⁹. 7 radice
 eius elixatam. 7 mudificat facie: 7 aufert ocu-
 latione 7 vestigia sanguinis mortui.

¶ Et siluestris est bonum emplastrum sordis-
 ciei: 7 excitat linguam: 7 cofert alopicie. 7 res-
 soluit apostemata calida: et omne apostema
 antiquum. 7 ponitur cum caulibus sup scro-
 fulas: 7 confert scabiei 7 empetigini: 7 cofert
 ad dolorem iuncturarum 7 sciatice.

¶ Et mudificat humiditates q sunt in capi-
 te. 7 fit ex ea emplastru capiti ei⁹ q patit litar-
 giam. Et aqua ei⁹ distillat ad oem dolore au-
 rium: 7 molaris. Et silr eius oleu. 7 ppter qn
 decoquit in ipa assa. 7 est ex medicinis aperi-
 entibus colatorij opilationem.

¶ Et dixerunt quidam q si bibatur a ieiuno
 intellectum efficit bonum.

¶ Et administratur in alcohol oculi ad pan-
 num 7 asperitatem si teratur et bibatur cum
 aqua mellis. aufert asperitatem antiquam in
 canna pulmonis. et extenuat splenez. 7 facit
 sitim. et confert pfectationi matricis. et facit
 desiderium coitus.

¶ **P**linius libro. xx. Sinapis ad serpentum
 ictus 7 scorpionum tritum cum aceto illini-
 tur. Fungorum venena discutit.

¶ **C**ontra pituitam tenet in ore donec lique-
 scat. aut gargarisatur cu aqua mulla. Ad den-
 tium dolore manditur. ad vnam gargarisatur
 cum aceto 7 melle. Stomacho vtilissimum
 contra omnia vitia pulmonibusq.


¶ **E**xcreationes faciles facit in cibo sumptu
 dat 7 suspiriosis. Sensus atq sternutationes
 ta capitu purgat. Aluum mollit. ¶ **D**acer.
 Inter eas qd Pitagozas laudauerat herbas:
 Asseritur prima laudem tribuisse sinapi.

¶ Quartus 7 gradus in vi sicca calidaz.
 Extrahit humores viscosos extenuatq.

¶ **C**oburitq cutem: vis est sibi tanta caloris.
 Maior vis eius in semine dicitur esse.

Capitulum. cccxxviii.

Tractatus



Siseleos. Plateari. Siseleos idem est q̄ siler montanū. Et ē in. ij. g. ca. z siccū. Semē ei⁹ medicine cōpetit. et p̄ annos tres seruat. Virtutē habet diuretici cā dissolutiuā z p̄sumptiuā. ¶ Pandecta ca. dcli. Siseleos arabice vel ascegelios. grece silali. latine siler montanū. ¶ Sera. lib. ag. ca. siseleos. auct. Dyas. Siseleos folia h̄z similia folijs feniculi: nisi q̄ h̄z longiora z grossiora. z habet bastā longā: in cui⁹ sumitate est corona in qua est semē longū z latū: b̄ns angulos: z grossum acuti saporis: foris odoris. Et est illud q̄d est in vsu z administratur in cibis. z habet radicem longam boni odoris.

Operationes

A ¶ Sal. viij. sim. far. ca. siseleos fm trāssa. ara. Radix hui⁹ plantę semē h̄z caliditatē tantā q̄ puocat vrinā forti puocatiōe. z cū eo virt⁹ subtilis q̄ pfert asmāti z epilentie. ¶ Et idem codē libro z codē cap. fm trāssa. grecā. Siseleos radix q̄dē z fruct⁹ calefactiuū est intantū vt sufficiēter vrinatiū sit farina cū. Est autē ex subtilib⁹ partibus vt ad epilentias z orthomis cōpetat. ¶ Et Sera. auc. Dyas. Virtus ei⁹ est calefactiua. s. radice⁹ ei⁹ z seminis. z q̄n sumit ex eis in potu puocant vrinā. z pfert rūt coartationi anbelit⁹ in q̄oporet boiem

erigi. z asmāti z suffocatiōi matricis. z puocāt menstrua z expellit fetū. ¶ Et pfert epilentie: z oib⁹ dolorib⁹ intestinoz z interiorz mēbroz. z q̄n sumit de aliquo illorū: aut ex vtroq⁹ cū vino in potu cōfert tussi antique: z debilitati digestiōis: z tortiōib⁹ ventris: z debilitati es patis. ¶ Et q̄n sumit ex ea cū vino z pipere p̄ seruat z defendit boiem a frigore aeris. et p̄pter hoc ouenit itinerantib⁹ in byeme. Et q̄n boies z alia animalia comedunt de hac planta tpe coitus eoz cōfert eis statim ad impōgnādum. ¶ Et idē aucto. Aben meshay. Est ca. z sic. in fine. ij. gra. incidit z dissoluit humores flegmaticos viscosos z cōgelatos. Et p̄pter hoc aperit vias oēs: z cānales opilationes: et puocat vrinā z menstrua: z pfert asmāti: z oib⁹ bus egritudinib⁹ flegmat⁹. ¶ Plateari. Cōtra asmata ex frigida cā dat vinū decoctiōis ei⁹ z ficū siccat. Vel puluis ei⁹ cū ficibus siccis z assatis. Cōtra opilationem splenis z epatis acrenū z vesice stranguriā z disurriam dat vinū decoctiōis ei⁹. ¶ Verba ipa in vino et oleo cocta et peccini cathaplasmata stranguriā z disurriā soluit. Sed z fumigatio facta ex aq̄ vl⁹ vino decoctiōis eiusdē berbe menstrua puocat. ¶ Aui. Siseleos est in ij. g. ca. z sic. resolutiuū: mūdificatiū carnis natiū. Silt semē z radix ei⁹ sunt sedatiua. dolorz interiorz: z liq̄facit flegma cōgelatū. de ipo dat in potu aialib⁹: z multiplicat eoz partus. ¶ Cōstantin⁹ in li graduū. Siseleos est ca. z sic. in. ij. digestiōe adiuuat. vrinā z menstrua puocat. Matricis suffocationem currat. stranguiriā ex frigiditate dissoluit. Hanc lituosus z diu ex humido tussientib⁹ subuenit potata cū pipere z vino calefacit eos q̄ in itinere deficiūt: z p̄pter byemē frigesunt.


Capitulum. cccxxviii

Iberica. Dyascorides. Siderica sive heraclea habet folia prassio similia: sed oblonga z aspera. Hastas habet quadras duob⁹ palmis longā virgas longiores stipticas: et in gustu suaves. in quib⁹ scilicet virgis capita obrotunda sicut verticelli. z sicut prassij oriuntur: z in eis semen nigram inuenit. Sub petra nascitur.

Operationes

¶ Dyascorides. Folia ei⁹ trita paracolesim faciunt mire vulnerib⁹ imposita. Alia est sydericis que hastas duob⁹ cubitis habet longas z teneras. Folia que in ipis hastis pestipsteri similia. z diuisa i circūitu plurimū nascētia: s̄ in vili tenuia z longa. In acumie vero

De Herbis



Capitulum. cccxxxix.

haste capitellū habet rotundū z aspeꝝ in quo semen blete est simile obrotundū z duruz. Est autē virtus termātice similis supradicte. Terrium est gen^o sideris qđ catebras Heracles non dixit. z nascit in parietibz sicut vitis. Dabz folia minuta teneraqz mltā ex vna radice nascencia coriandro similia. Dui^o haste duobz sunt palmis longe molles z albidiores. feniceos habet flores. ¶ Dyascozides. In gustu est mucilaginosā: tritaqz vulneribz recentibz paracolesim facit imposita. ¶ Plin^o lib. xxv Panacem heracleon alij sidericē in cubitali scapo ramosum minutioribz qz feniculi folijs ab vno vestitū. Alij fatent illā quidē vulneribus vtile. sed verā achilleā esse scapo ceruleo pedali sineramis ex oi parte singulis folijs elegāter vestitā. Alij quadrato caule. marrubij capitibz folio quercus. hanc qz nervos p̄cisos glutinare faciūt. Aliā dicunt sideritem nascentē in macerijs. ¶ Cū terij sedi odoris: sed z aliā huic simile. candidioribz tñ folijs z pinguioribz actenerioribz cauliculis iuineis nascentē. Aliam vero quincum cubitoꝝ cxi libz ramulis atqz triangulis filicis folio pediculo longo. Omnes autē vulneribz p̄cipuos esse. Eam vero ex latissimo folio nr̄ scopam regiā vocāt. ¶ Idē in li. xxvi. Sidericē varietes ad alligata minuit: z sine dolore prestat.

¶ Aliqua. Pandecta capi. cxxi. Chaharliub arabice. grece pilocaractavi siliqua vel keracium. vel keraca. vel faba siliqua. latine vaginella. vel carumba. ¶ Serapion libro aggregatoꝝ cap. Chaharliub. Chaharliub sapor eius est stipticus cum pauca dulcedine. Et virtus earū que nō sunt recentes est siccatiua. Naz que defecantur stringunt sicut faciunt cerasa. quia humiditas earum resoluitur: et remanet substātia terrestris que desiccatur. Sed arboris earū est virtus desiccatiua z stiptica.

Operationes

¶ Galienus scđo de cibis capi. de siliqz. De siliqz pessime senti qzuis digerant z ventrem stringant: z humores noxios nutriant. ¶ Et idē in libro de chimis. Est kerachius edulitū pauci nutrimenti z ligneuz ex necessitate z indigestibile. Nullū enī ligneū bñ digestibile. sed z nō egri celeriter non parum ipsis existit malum. quare melius esset ipa neqz de ferri ad nos ex orientalibz locis in quibz nascuntur. Est enim cibo muliez z pueroꝝ esse natoꝝum nihil vtile ad sanitatē. conservatioꝝ

¶ D d in

A

B


L nem. neq. eustomachus est. Alimētū autē pa
 lamq. z ipm dat pauco corpori. ¶ Et idē in li
 bro de sim. far. de xilocaracta. Arbor xiloca
 racte q̄ vocat centenicen est siccativē z stipti
 ce virtutē. sicut z fructus ei⁹ que vocat xiloca
 racta. participās videlicet de dulcedine qua
 dam. patiunt autē z hec simile cerasi. humide
 enī magis subducūt ventrē. sicce autē sistūt ma
 gis expirata quidē humiditate: terrestri autē
 substantia remanente. ¶ Paulus cap. de silis
 quis. Est quoddā genus silique que vocat sis
 liqua caprina. cuius fruct⁹ est sicut mirtus: z
 folia sunt tracion. fructus ei⁹ est in vaginis
 sicut lupin⁹: habens formā faseoli. ¶ Dyasco
 rides cap. de siliquis. Silique recentes stō
 machum evertunt: eodem siccitate in contra
 riū possunt. Tribu eaz ad vrinā proficit cōmos
 uendum. Traditur ad stomachi dolorē nō le
 ue presidii esse si in sextario aque ad dimidiū
 um coquant. bisq. succus p̄ dies quinq. cons
 tintos hauriat. ¶ Paulus. Siliqua caprina
 sufficienter caneros medet. ¶ Bartholome
 us i libro de proprietatib⁹ inquit. Siliqua
 est gen⁹ leguminis sonoris follib⁹ z vacuis:
 quod magis onerat q̄ reficit: vt dicit glosa su
 per Lucam. xv. ¶ Item siliqua dicit follicu
 lus cuiuscunq. leguminis z purgamentū ex
 quo porci nutriunt. ¶ Isidorus autē lib. xvij.
 dicit siliquon. quā latini incorrupte siliquam
 vocant. Ideo tale nomen a grecis accepit:
 qz est arbor cui⁹ fructus est dulc. xilon q̄ p̄
 p̄ lignū dicit liquon dulce. Et huic senten
 tie p̄cordat. ¶ Plinius libro. xxiij. vbi dicit:
 qz fructus silique sunt p̄dulces: z habent lon
 gitudinē vnus digiti z pollitarem latitudi
 nem: quoꝝ cortex manducat vt dicit. ¶ Idē
 libro. xx. q̄ aliqui dixerūt eam esse ficum egypti
 um: sed hic est error manifestus: qz in egypto
 pro non crecit: sed in Syria.

Capitulum. cccxl.

Sisamus. Pandecta. Semysem ara
 bice. grece sisaminū. Latine vero sis
 samus vel iorolena. Serap. li. aggre
 gatoris capitulo semyssem: id est sisamus. au
 ctoritate Galieni. In eo est substātia vinctuo
 sa quantitate nō pauca. Et virtus eius est q̄
 mollificat. Et eadem virtus reperit in oleo
 sicut in substantia. z aqua in qua coquit sisas
 mus habet eandem virtutem.

Operationes

A ¶ Dyascrides capitulo sisaminū fm trāslati
 onē grecam malū est stomacho. et comesum
 oris fetorē facit. Et idē fm trāslationē arā



bicam. Quando fit emplastrum cū eo mollit
 duricies neruoz. Et curat p̄quassatiōes au
 riū. z apostemata calida que fiūt in eis. z con
 fert cōbustioni ignis: z dolori colico: z moꝝ
 sin aialis q̄ dicit carates. ¶ Et qñ miscetur
 cū oleo rosaz sedat dolorē capitis q̄ fit a cas
 lore solis. Et planta sisami qñ coquit cum vi
 no facit hāc eandē opationē: et p̄fert proprie
 apostemati oculi z pulsatiōi eius. ¶ Et idē
 Serapion aucto. Aben mesuay. Oleū sisas
 minū est malū stomacho z destruit eū. z iuu
 mentū eius est illis q̄ hnt melancolicā: z scilicet
 furas in extremis artib⁹. Nam bi iuuant multū
 ex cibo ei⁹. z rugas cutis extēdit z mollit
 eas. z cōsolidat scissuras q̄ fiunt p̄pter desic
 cationē q̄ sunt a melancolia. ¶ Et dicit qz sis
 sam⁹ est ca. in. ij. gra. z bu. in. i. z puocat vomi
 tū qñ tozrefit z rectificat z meliorat. ¶ Gal. i
 li. de cibis cap. de sisamo. Sisamū cito stō
 machū evertit z tarde digerit: z alimētū dat
 corpori vinctuosum. ¶ Rabi Moyse capi.
 de sisamo. Sisamus corrumpit cerebrū z nu
 cham. z replet caput fumositatib⁹. z facit sus
 dozem ferentem. et in mulierib⁹ ventrem au
 get. z ipsuz generat berniam. ¶ Auerrōis qñ
 to colliget capitulo de sisamo. Est calidus i
 p̄mo vel in p̄ncipio secūdi. humidū in tertio.

De Herbis

Capitulum. cccclj.

A Galienus vni⁹. sim. far. cap. de Animallo secundum translationem arabicam. Virtus omnium illorum in lacticiozorum est ca. et sic. in quarto gradu Virtus titimalli est laxativa: laxat flegma et coleram: et pronocat vomitum.

B Galienus eodem libro et eodem capitulo secundum translationem grecam. Omnes quidem habent acrem et calidam virtutem predominantem. Inuenitur autem amaritudo in eis fortissima: ergo omnium est opus et frondes.

C Participat vero et radice predictis virtutibus sed non equaliter. Ipsa autem cocta cum aceto dentium dolores et maxime quicunque corrosio ipsi sunt curat. Opus vero fortiores habet virtutes ad foramen dentium. et alias partes corporis mori vicerat extrinsecus emplastrata est enim ex quarto gradu calefacientium que causticorum diximus esse.

D Ita autem et pilos auferit peruncos opus quia vero fortis est miscetur oleo. et si multo uis hoc fiat tandem radices pilorum perimit. et nudum esse fit corpus.

E Secundum eandem autem virtutem acrocardines et fornicas et pterigia et tylos tollit. Abstergit autem et empetignes et scabies: eo quod absteriua ei adest virtus propter amaritudinem et fagedenicam. et vlcera carbunculosa et canis crota. quoniam calefacit fortiter et abstergit. Juuare nata est si quis in tempore et mensura eo utatur. Auero et fistularum tylos eadem virtute curamus.

F Nec omnia operantur omnes opus titimallozorum secundum genus similiter. debilius vero folia et fructus operari nati sunt: quibus ad pisces qui stationarijs aquis vi assueuerunt. Cuiusmodi enim ab eis inebriati et semimortui facti ad superficiem feruntur aque.

G Cum autem sunt septem species titimalli fortior est que caricias nominatur. quem et masculinum qui dam nominant. et que in lapidibus nascitur: que dicitur denozodes. sequenter autem qui barbasso assimilatur et cyparissias. deinde paralias. deinde autem elyostrophos. et cetera.



Capitulum cccclxxv.

Timus. Cys. Timus dicitur eo quod odorem refert flos eius. Dyas. Timus est herba omnibus nota. frutex est habens folia angusta: pusilla et oblonga. et in summo capitella in specie formicarum in se implicata. Est enim haec humilis ac ramosa cum duris ramulis et lignosis. cui flos est purpureus. Et nascitur in locis saxosis et asperis.

Operationes

Plinius lib. xxi. Timum oportet in flore colligi et in umbra sicari. Duo sunt autem eius genera candidum radice lignosa nascens in collibus. quod praefertur. Alterum vero nigrum floribusque nigris. vtraque multum estimantur et in cibo et in medicamentis oculorum claritati conferre.

Dyas. Uires hinc acres et calefactorias paululum stringentes. propter quod omnibus stomachi ciborumque vicibus aptissimum est medicamentum. Sibita vero cum sale et aceto flegma deponit per ventrem. Elixatura eius addito melle medet ortuorumque et asmaticis. lumbicos excludit. menstruis imperat. secundinas deponit. abortum facit.

Cataplasmata tumores recentes spargit. sanguinem coagulatum dissipat. clauosque corporis tollit.


De Herbis

addito polline & macerato cū vino sciaticis est salutaris feruens superposita. D. culo:ūq; caliginem detergit cōmesta.

¶ Condituris omnib; necessarie admiscetur. ¶ Constañ. in li. gduū. Thimū est in. iij. gradu ca. & sic. Cū sale & aceto grossus flegma purgat. & viscoso flegmati pectoris succurrit. lūbricos expellit. mēstrua deducit. acuitatem flegmonis de pectore excludit. & opilationē interiorū aperit.

¶ Auicē. cañ. ij. Medicinē thimi semē foris est caliditatis. Prouocat & extrahit embrioz moxū. & solutione sanguinē educit: & humore colericū extrahitq; vermes.

¶ Palladus. Thimū in septembri mēse vitimo cōuenit ferere. sed melius plantis nascit q̄uis possit et semine. Agrum diligit apricū: macrū maritimum.



Capitulū. cccclxxij

¶ Trifoliū. ¶ Psi. Trifolion. a grecis trifilū vocat̄ est: eo q̄ sit folijs trinis p singulas annotatōes. ¶ Pl. li. xxi. Folio coronat & trifoliū. Cui⁹ ḡna tria sunt. Riphanes greci vocant. alij aspaltion. & maiori folio q̄ vtunt̄ coronarij. Alterū acuto oritriphillon. Tertiu⁹ ex omib; minutissimū. & iter hec nerno si q̄busdā cauliculi. vt maratro hippomaratro. myophano. vtunt̄ & ferulis & corimbis. & edere floze purpureo. Est & in alio genere earū silues

tribus rosis similis. & in his tm̄ color delectat odor a ur̄e abest. ¶ Dyas. Trifolij genera sunt q̄ttuor. scz odoratū. acuti. partemon. & lepori nū

¶ Pandecta. capi. ccccxix. Pandachuca vel chua. vel cuf arabice. grece lochos vel zbarat vel lotus. Latine fo trifoliū: vel queda; spēs trifolij. De qua dicit Dyas. ca. de trifolio. & hz odorē aspalti. ¶ Sera. li. ag. ca. Pandachuca. nominat eū Dyas. lochos. id est trifoliū. Et est duaz speciez. scz comestica et siluestris. Siluestris quidē habet stipitē longitudinis duoz cubitoz vel brachioz & plus parū. & n̄scitur ab ea ramuli multi. & q̄libet habet foliū in extremo. qd̄ assimilāt handachuca qui oritur in paludib; & dicit̄ trifoliū. & habet semen simile fenugreco. nisi q̄ est minus saris. Sed sciendum q̄ illa vocat̄ a quibusdā herba flaura vel herba maura. Sed Dyas. vocat̄ ipm̄ trifoliū. māius domestica que nascit̄ in ortis. & est quedam alia q̄ nascit̄ sup aquas. & maxime in Babilonia. qñ fluuus irrigat terram. & est herba habens crus simile cruri fabaz. & est semen album. & dicit̄ q̄ extendit̄ qñ orit̄ sol. & apparet super aquā. & qñ occidit restringit se & submergit̄ in aqua. & capita eius similia n̄ capitib; papauerum magnoz. & in capitib; est semen simile geguers & scariole: & excant̄ ipm̄ in Babilonia. & faciūt inde panem. Et hz radicē similem citronio q̄ comedit̄ cocta & cruda. & sapor decocte assimilāt saporū vitelli ouoz. & vocat̄ handa & heuche. Et Auicē. in. ij. dicit̄ q̄ de eis semib; sit panis.

Operationes.

¶ Sera. a uc. Albugerig. Andachuca siluestris conuenit stomacho frigido & grosse ventositati. et aqua eius abstringit ventrem. & valet colice passioni: si ponatur sup mossum scoz pionis sedat dolorem ex eo.

¶ Et si ponit̄ sup mēbz in q̄ est mordicatio animalū nō inducit dolozē. & semē eius est fortius folio. Et est bona dolori testiculoz. & pncipio ydropisis. & dolori matricis.

¶ Dyas. Trifoliū mai⁹ vel lochos h̄tus dicit̄ tice & acerrime est. semen ei⁹ & folia cū aqua bibita pleureticis & distrijs & epilecticis & ydropicis in initio singulare p̄sidium est.

¶ Stericis causis opitulat̄. Menstruis imperat. omnia p̄dicta seminis ipsius. 3. iij. & folioz. 3. v. curant. Folia ip̄i cū oximelle acepia mox sibi venenatis occurrunt.

¶ Se. vi. dicit̄ tertianis tria folia aut tria grana seminis ei⁹ cū vino bibita medicant̄.

Capitulū. cccclxxiij.

A

B

C

D

E



Tribulus. **Dyas.** Tribuli gna sunt duo
 ficcus et humidus. **Siccus** hys folia andra
 gine similia: s; teneriora. hastas longas
 teneras et porrectas in quibus sunt spine. nascitur
 aut in locis desertis. **Humidus** vero nascitur in fluminibus
 cuius coma super aquam extenditur et folia supernant.
 hasta hys in summo grossas. ad radicem vero tenues. ha-
 bent in se tenuas spinas sic spica. **Semen** duobus
 est ambobus. **Primum** est illi frigida et stiptica et desic-
 cativa. **Quintus.** Hasceck. i. tribuli. **Sm Dyas.** due
 sunt spes que frige et sic sunt. **Alij** vero dicunt quod est cali-
 dus et siccus in primo. est et magis sile hasceck terre-
 nre. **Siluestris** que plurime terreatur est. domesti-
 cus aut plurime aqueitatur. **Gal.** viij. sim. sar. c. de
 tribulo. **Tribulus** est ex humida suba moderate
 fri. et sic non moderate existit. **dnat** autem in terrestri
 quod est terreum frigidum et stipticum ut ostendimus. in
 aquili vero aquitas. et propterea vtraque ad flegmonum
 et omnino ad omnes infusions competunt. terrestres
 vero tribuli subtilium partium existentes.

Operationes

- A** **Gal.** Fructus eius frangit lapidem in renibus.
B **Dyas.** Tribuli faciunt ad inflationes et ad ea que
 supoccurrunt. **Virtus** est illis stiptica et desicca-
 tiua leptomeris. **Etiā** omnes tumores spargit.
C **Faucibus** et gingiuis impositi opitulant. **mel-**
le addito na prias. i. oris putredines tollunt. **suc-**
cus eorum nobilibus collirijis miscetur. **semen** eorum cal-

culos fragit et excludit. **Terreni** vero semine. s. i.
 bibitur et impositum moribus venentis occurrunt.
Dato veneno contrarium est vim eius vincendo.
Elixatura eius sparsa pulices necat. **in flum.** e-
 tracie in stirmonia palude. de herba eius equi
 herbant. **semen** eius quod dulce est eustomachum est.
Serapio. **Virtus** eius est que prohibet apata ca-
 ne confirmat. **Et Sera.** quod fert omnibus membris
 ad que fluunt humores. sed semen tribuli agrestis quoniam
 bibitur fragit lapidem renium. et ambe eius spes in-
 frigidat et stipticat. et fit emplastrum cum eis apati-
 bus calidis. et miscetur cum melle: et curat alcolam et
 putredinem que sunt in ore: et doloem gingiuarum.
Et ex primis succis ab eo: et administrat in oculis
 et semen eius est humidum puenit lapidi renium et ve-
 sicis. et quoniam. ij. bibunt de prima specie ipsius. et fit
 emplastrum cum ea puenit morbi tyri.
Et quoniam bibitur cum vino puenit medicis mortiferis
Et quoniam decoctio eius rosatur super loca ubi abundat
 pulices occidit eos. **Ille** vero qui nascitur et di-
 citur sandarum in regione badacas datur ab in-
 colis illius patrie animalibus pro cibo dum est
 humida herba ipsius.
Et ex semine eius faciunt panem. **Nam** ip-
 sum est dulce et nutrit. **Et** sic vritur eo loco
 panis tritici. **Sandarum** est bonus doloem ves-
 sicis et stranguric. et augmentum magnum fa-
 cit in spermate.



Capitulū. cccclxxviii.

Tribulosa. Et herbario. Tribulosa duo rū genez ē. Alia q̄ppe nascit̄ in ortulis. alia ē agrest̄. cui⁹ maior est efficacia: ⁊ h̄z folia portulace similia: s̄z maiora. Caules mittit se⁹ terras. in q̄bz h̄z quosdā globulos. duris spinis extantibz angulatos in q̄bz est semen inclus⁹. ⁊ habet frutē stipricā atqz frigidam.

Operationes.

Dectrita ⁊ corpi apposita feruēs mulcet Tri

taqz cū melle oēs oz ⁊ faucii curat putredies.

Eadem herba cū semine decocta pulices necat. si aqua ipsa domus aspergatur.

Qui⁹ semine theaces faciūt panes: ⁊ cū vino portio eiusdē seminis. contra veneni portionem est salutaris.



Capitulū. cccclxxix

Triticū. **Q**uā. Triticū a tritura d̄: eo q̄ purgatissimū horreo recondit̄. vel quia granū ei⁹ tenet ⁊ cōmollit̄. Plura sūt ei⁹ genera. vt siligo. ordeū. far. de q̄bus d̄ s̄. Tres mense aut̄ triticū ideo d̄: q̄ satū post tres menses colligit̄. Nam vbi ppter aquā aliamve causam matura sario obmissa est presidiū ob h̄ petitur. **P**alladi⁹ li. x. Mense septembri locis v̄ginosis. aut exilibz. vel frigidis vel opacis: circa equinoctiū triticū et ordeuz seri oportet. dū sez serenitas constat vt ante byemē conualescant radices. Idem in li. ij. Mense ianuario triticum ⁊ far seri oportet dū quatuor folioz rū est. Idem in li. vij. In iunio mēse postremo

locis maritinis ac siccis et calidioribus tritici messis abscindit̄. Idem in li. vij. Mense Julio temporis locis tritici messis explenda est et more quo dictum est.

Operationes.

Quia ac. Triticū est cibus ad hūani corpis nutrimentū p̄cipu⁹ ⁊ naturaliter sile cōplexioni ei⁹. Triticū s̄m naturā sui substāiale in p̄mo gdn est ca. ⁊ hu. ⁊ sic. in medio. Panis ex eo fact⁹ calidior est in sc̄do gradu. qz calor ei⁹ augmentat̄ a calore ignis ⁊ coctione. sicut ordeū ⁊ faba. cū in p̄p̄ia natura sicca sunt. si in aqua coquat̄ humiditatem assuunt. Granum tritici mastica tum vel assatū apostemati qd̄ ex rabidi canis morsu p̄tingit suppositū morsum fugat.

Oleum autem de grano factum: ad emperiginem serpiginem auferendum valet.

Triticū recent⁹ ac noui nutrimentuz parū existit: ⁊ crudū ⁊ slegmaticū. ⁊ inflatiū. rugitū ac dolore lateribz cōmouet. ⁊ in putredines cito p̄uertit. Satū ad ignē magis nutrit. ventositatē minus facit ⁊ stipricū est. In aqua coctuz grauissimū est ⁊ inflatiū digestioni durū. ⁊ rugitum mouet. humores densissimos generat ⁊ viscosos. maxie si granū est farine multū b̄ns. fursuris paz. Si t̄n bene digerit̄ multū nutrit ⁊ mēbra cōfortat. tarde egerit̄: vnde dandū est eis q̄ magnis laboribz exercitantur.

Granū factū ⁊ similia: sanguines laudabilem faciūt ⁊ multū nutriunt. Si t̄n vian fopilatio nem epatis faciūt: duriciā splenis: lapides in renibz vel in vesica. maxime si renes calidi inueniuntur naturaliter vel accidentaliter.

Quicenna. Triticum mundificat faciem. et eius farina ⁊ amilum cū croco est medicamen panis. Sauich tritici ⁊ ordeū grauatur.

Triticū crudum et etiam decoctū elicitū nō mollitū neqz fractū. neqz cocum. ita vt sic puls et fractū etiā ⁊ similiter quande comedit̄ generat vermes. Triticū qz quidē tritū ⁊ puluerizatū. sup morsum rabiosi canis est iuuatiū.


Dya. Triticū v̄le est recens ac rufum. i. aurorosum. Et qd̄ sicaniū vocat̄ crudū masticatū ⁊ impositū canis rabiosi morsuz curat. Farina ei⁹ addito succo iusquiani ⁊ cataplasmata. neruoz reuma cōpescit. Opimelli mixta inflatio nem tollit. Lentigines emendat.

Furfur eius cū aceto coctū lepras minuit. ⁊ impositū tumores omēs compescit. Cum ruta coctū tumores spargit. morsibz venenatis medicat̄. Coztio n̄bz calefaciēdo subuenit.

Fermentū eius virtutem habet calidā. Turmores plantarum spargit. Pusulas minutas corporis emendat.

R **R**asi in Almanfore. **T**riticū bñ coctū oibz
cibis pl^o nutrit. z maxie si cū lacte coctū fuerit.
Losert etiā natura calidis z macris. z his qui
multū laborāt. vel q̄ augmēto viriū indigēt. ha-
bentes vero dispositiones strarias cito venas
replet. et se. et artericum dolorem. z lapides in
renibz: z apostemata adducit.

Actor. **T**rincea q̄z fit ceruisia. sic ordeacea z
auenacea. **U**n ceruisia iuxta ysidoz ē acerere
id est a fruge vocata. q̄ portio est ex frumenti se-
minibz vario modo confecta.



Capitulū. cccclxxx.

Tripolion. **D**yal. c. **T**ripolion fm trās-
lationē grecā. nascit in loc^o maritinis id
est in littozibz ipis. **F**olia bz apio simi-
lia z grossa. hastā longā duabz palmis: in capi-
te diuisam. flozē dz mutare ter in die. nā mane
colorē albū facit. z alijs horis eū mutat. media
die purpureū. z sero feniceū.

Operationes

Virtus est illi calidissima. cū vino bibita. z.
ij. humores aquosos ventris deponit. vnam
puocat. acceptis venenis occurrit.

Plin^o l. xxi. **T**ripolion apud grecos herbā

inclitam muscy z besyadi laudibz ad omnia pre-
dicantiū vtilem supqz cetera ad famā q̄z digni-
tatis prozsus mirā si modo vt tradūt eius folia
mane candida: meridie purpurea: sole occidē-
te aspiciuntur ferulea.

Duo sunt eius genera. **L**ampestre maius. z
siluestre minus. **F**olia canis boia similia a ra-
dice palmo nunq̄ altioza.



Capitulū. cccclxxxj.

Dzmentilla: vel cataphilon. vel poren-
ulla grece. **A**rabice buseke. **L**atine bz
storta. **T**ormētilla est herba similis pēs-
taphilon. nisi q̄z ha bet. vij. folia vndiqz pilosa.
z ideo vocat eptaphilon. cui⁹ radix est rubea et
tortuosa similis galange. sed nō habet acumen.
Flos eius aurosus. z ipsa iudicatur fri. z sic. in
tertio gradu. **S**ed est notādū q̄ est spēs tormē-
tillē boia. folia similia lappatio acuto. nisi quia
color folioz ex vno latere est celest^{is}. z ex alio vi-
ridis. flos eius est rubeus. z radix rubea. q̄ ab
aliq̄bz vocatur bardana minor. z ab aliquibz
lappa minor. **V**irtus ei⁹ in omnibz sicut p̄ua
p̄me species: sed remissio.

Operationes.

Tormētilla h̄z virtutē solidādi z cōfortandi
ceptū. Ad dissurrā def puluis tormētille
cū succo plāraginis. Ad strīngēdū mēstrua
fiat fomentū ex aq̄ pluviali decoctōis pulueris
eius. vel ex duabz partibz eius z vna spice: fiat
puluis q̄ aspergat supra ventrē: ip̄o p̄us melle
calido emplastrato: z inuat conceptū. Ad cō
ceptū iunādū fit emplastz ex puluere ei⁹ z alijs
speciebz aromaticis. Puluis ei⁹ vulnera solidat
Contra vomitū ex debilitate z furore colere
puluis eius pficiat cū albumine oui: z coquat
sup tegulā z def parienti.



Capitulū. cccclxxxij.

Turbit arabe. Latīe z grece caritami
on. Sera. li. ag. ca. Turbit. auc. Dya.
Turbit est plāta q̄ nascit̄ in litore ma
ris. in locis scz q̄ mare coopit q̄n̄ crescit. q̄n̄ vero
est tranquillū nō tangit ea. non em̄ nascit̄ intra
aquā nec multū lōge ab ea. z nisi q̄n̄ mare tur
bat z crescit nō tāgit ea. Dabet folia similia fo
lijs plāte q̄ dz arafat. nisi qz sūt grossiora eis. et
h̄z stipitē duobz palmis lōgū diuisū in sūmitate
Et q̄dā dicūt qz flos ei⁹ mutat colozē suū ter in
die. qz in mane est albz: z in meridie declinans
ad purpureū colozē. in vespis p̄o fit rube⁹. Ra
dix p̄o ei⁹ est odozifera alba. que q̄n̄ masticat̄ ca
lefacit linguā. Et idem aucto. Bal. trāslatione

albarith. nascit̄ in litozibz z arenis. Et virtus
eius est calida z sicca.

Operationes.

Sera. Turbit laxat z mundificat ventrem.
Et melius ex eo est illud quod cum etuellur z
radix eius a terra auferit cortex eius statim et
abijcitur grossus quod est incus.

Et ex corticibz ei⁹ melior ē ille q̄ est vt calam⁹
gūmosus z albz. z volum⁹ ip̄m frāgere cito frā
git. z nō accipiat illō turbit qd̄ est toruosum.
Turbit est calide z sicce cōplexiōis m. ij. gdu.

Et idēz auc. Aben mesuy. Et melior est ille
subtilis ligni. z p̄petas ei⁹ est laxare viscosum
flegma. vey ip̄m dimittit debilitatē i stomacho
p̄pter abominatiōē sui saporis. Rectificatio
ei⁹ est pficere ip̄m cū oleo amigdalaz dulcium.
Dosis ei⁹ a .ʒ. i. vsqz ad .ij. Et oportet qz adhibe
beat solū. z ip̄m quidē est bonū h̄uozibz sciaticis
Et educit eos z laxat humores grossos.

Et idē auc Dabit. Meli⁹ ex eo ē albū in col
loze suo: z qd̄ in figura est sic calam⁹ argēteus:
z pulpa calami est subtilis z cito frangit. non
existēs grossū necz graue. z q̄n̄ terit̄ est cōritio
ei⁹ facilis. z est albū q̄n̄ est citrini.

Illud p̄o qd̄ nō est tale: nō est alicui⁹ bonita
tis. Et turbit q̄n̄ transierit temp⁹ multū sup
ip̄m: sunt in eo p̄mes sic in alijs lignis. z debi
litate in virtute sua. Et signū eius sup hoc est
qz apparent in eo foramia ac si esset foratū acu.
z turbit qd̄ laxat flegma laxatione leui

Et rectificatio ei⁹ est ista: qz frices corticē ei⁹
donec puenias ad albū ei⁹. z postea tere ip̄m et
cribra ip̄m p̄ cribzū tenue. z si ponis ip̄m i mes
dicinis laxatiuis sic in pillulis z decoctiōibz:
cribra ip̄m. p̄ cribzū strictione sūt ei aliqua gross
ficies ne adhereat vilis stomachi.

Et pueniēti⁹ modus rectificatiōis ei⁹ est: qz
pficiat cū oleo amigdalaz amara z postqz fue
rit trituratū z cribratū. Et si vis exhibere ip̄m
habentibz flegma viscosum tenax: tere subtilis
ter z cribra vt ipsum non adhereat stomacho:
z expellat ipsum flegma.

Paul⁹ c. d. turbit. Turbit ē ca. z sic. in. ij. gdu
Jobānes mesue. Turbit est radix cuiusda
berbe: cui⁹ folia sūt similia folijs ferule minoris.
et est ex habitibz lac. Et est ex eo siluestre z do
mesticū. z magnū z parū. Et adhuc ex eo aliō
albū: z aliud citrinū. z aliud nigrum.

Electio. Quod in locis nascitur sicci⁹zibz:
z gūmosi⁹ p̄pter spissitudinē lacis ei⁹. Contra
rū p̄o: ecōtra declinat a p̄prietatibz bonis. que
sunt septē s̄m qd̄ sapiētes scripserūt. scz vt sit al
bum z vacuū arundinosum z gūmosum: z sit
cortex ei⁹ cinerici⁹ z plan⁹. z sit recens z facile

A frangibile. Citrinū s̄o malū est. z nigrū peius
 grossum est nō bonū. z subtile tenue subtiliter.
Est ei debile antiquū malū. z qd̄ ē crispī cor
 ticis h̄ns interi⁹ cū frangit sic nervos. est filius
 stre malū. z qd̄ nō est gūmo sum est debilius et
 ventris cōturbatū. Et tua interest v̄cogno
 scas a dulteratū ex eo qd̄ fit cū sup̄ linitione in
 extremitatib⁹ ei⁹ ex gūmi dissolutōe. Et cogno
 scit̄ eo q̄ fracturū ip̄i⁹ est sine eo. z nimis recēs
 est cōturbatū z subuersiū v̄ceaz.

Antiquū s̄o debile: mediocritatē t̄n̄ habens
 est em̄ qd̄ eligit. Cōplexio z p̄p̄rias ca. est in
 iū. ḡdu. Et est resolutiū attractiū attractiōe
 mediocri generās ventositatē z subuersionē et
 nausēā. z acquir̄it ex v̄su eius ep̄icatio ī corpe
 euacuat em̄ humiditates subtiles.

Rectificatio. Triā sūt corrigibilia in ip̄o. est
 em̄ debilis op̄atōis z tarde. z nocet stomacho
 facies subuersionē z nausēā. z acq̄rit v̄sus eius
 corpi ep̄icationē nausēā z estuationem.

Drectificatores s̄o ei⁹ in primis abzadi ius
 ferunt corticē eius donec appareat albū ipsius
 z corrigunt de q̄ dictū est. Pr̄mo admistrādo
 aliqd̄ p̄ntis acute vigorans ip̄m in operando
 z ex reb⁹ ip̄m maxie p̄fortantib⁹ est zuccarū.

Pipm em̄ sigillat ei p̄p̄rietatē mirabilē vt edu
 cat humozē grossum z viscosum. etiā a remonis
 cū facultate. ita q̄ etiā a iūcturaz z anchis z a los
 cis p̄fidis z distātib⁹. p̄ se s̄o nō facit illd̄: imo
 educit de flegmate qd̄ subtile: z relinq̄t grossū.
 z h̄ tarde op̄at: z corrigūt qd̄ sc̄do dictū est. ad
 miscendo eis ex medicinis stomaticis. z ex redo
 lētib⁹ z sedātib⁹ agitationē in eo sic est mastix z
 gallia aromatica. p̄pe sic zinziber z piper lōgū
 z silia. z emēdat qd̄ vltimo de eo dictū est. sicut
 dicit Alcauzi: vt miscat̄ oleū amigdalaz. aut
 zungat̄ cum amigdalis. aut cū zuccaro.

DEt dicit Ruffus. Admistratio ip̄i⁹ cū stiptis
 cis remouet hoc ab eo.

REt dicit inde⁹. Ip̄m cū p̄fectōe d̄ citronis aut
 rob ip̄i⁹ cū medio pōderis ei⁹ ex zinziberi et dup
 plo pōderis ip̄i⁹ ex amigdalis est solutiū bonū.

Sinq̄t Damēch. Et sūt trocisci ex eo z duplo
 pōderis ei⁹ z floz violaz. z medio pōderis eius
 ex zuccaro. et fit solutiū sine molestia.

TEt inq̄t Jobānici⁹. Accipe dactiloz infuso
 rū in aceto die ac nocte ptes. .c. penidiāz. ptes
 .i. amigdalaz purgataz. ptes. xxx. turbit. ptes
 xxxv. scamonee. ptes. xij. zinziberis. piperis lon
 ge folioz rute siccoz ana ptes. iij. eoꝝ fiat pero
 mixtio bona. z cōfice cū melle despumato. Est
 em̄ medicina mirabilis.



U Inq̄t filius Esazar. Medicamen de turbit
 qd̄ elegi in egritudinib⁹ in q̄b⁹ v̄sus eius est
 necessari⁹. Accip. turbit ptes. .x. zinziberis par

tes. v. Zuccari ptes. xx. z q̄nc̄ addit masticias
 .z. iij. et alia s̄m intentiones alias.

Et dicit itez. Infundant turbit in succo cy
 cumeris alinini die ac nocte postq̄ rarus fue
 rit eius cortex z exsicce. est em̄ vltimū ad egris
 tudies iuncturaz. Turbit aut̄ de trituratiōe z
 p̄tritiōe sustinet oē qd̄ ē mediocre. Nocemētū
 aut̄ eius expellit aqua mellis ca. z aq̄ similiter
 zuccari ru. cum oleo amigdalorum.

Jobānes mesue. Turbit p̄fortatū solutione
 educit h̄iores flegmaticos grossos z viscosos
 a remonib⁹. z p̄p̄le a iūcturis. z ip̄m q̄dem mūdi
 ficat pect⁹ a flegmate grosso putrido. z ip̄m
 quidē mūdicat stomachū et expellit sup̄flua
 tes ab eo adherentes in villis eius.

Et valet ad dolorē iūcturaz. z ei⁹ v̄sus p̄sers
 uat a lep̄. z ab insectiōib⁹ flegmaticis sic est mor
 phea z baras. z est medicina febriū flegmatica
 rū bona. D̄h̄ at̄ q̄ sumūt ip̄m timeāt aultrū et
 abhorreant pisces. Dosis ei⁹ p̄triti est a .z. i. v̄s
 q̄ ad .ij. z ei⁹ decoctio a .z. ij. v̄s q̄ ad .iij.



Capitulū. cccxxxij.

Ubera. P̄adecta ca. cccxxvi. Damēch
 ara. grece Kamaker vel kamachet. latine

De Herbis.

velo tuberi. et est fungus quidam. Et quidam vocant
ipsum fungum vescentium. Sera. li. ag. ca. Damech.
auc. Dyaf. Damech est radix rotunda non habens
folia nec rursus. color eius est rubeus. et repit in
vere. et comeditur crudus et coctus. Et idem aucto.
Gal. Substantia eius est terrea multum admi-
scetur et parum subtilitatis.

Operationes.

¶ Gal. in li. de chimis. Kameket generat grossus
humores: et non est multum mali chimii. Et dicit in li.
venenorum quod generat stranguriam et colicam: sicut facit
fungus. Et melius eorum est illud quod repit in arena
habens paucam aquam. ¶ Avic. li. ij. ca. tubera. Sunt
ex subterrea plus et aquea minus. et in ipsis est
aeritas et subtilitas pauca. Meliora eorum sunt
arenosa illa in quibus non est odor malus: et quae eis
sunt sicca deteriora sunt humidis. sunt grossa valde.
et generant humores grossos melancolicum. et sunt dure dis-
gestivis. et tyriaca eorum est vinum purum et spes con-
diertes. ¶ Almasor tractatu. iij. ca. de tuberibus.
Tubera fri. sunt et grossa. flegma quod generant
crudum. quod autem ex eis ruborem habet mala existunt
quod multa comestio colicam generat: nec etiam ab-
que calidis sunt edenda comeditis. ¶ ysi. Tuber
ra est oleris spes quam tumor terre prodit. ea-
que illi nomen dedit. ¶ Plin. li. xij. In rebus miracu-
lis (ut iam dictum est superius) maximum est aliquid nasci
vel vivere sine ulla radice. Tubera vocantur hec
vndique terra circumdata. nullisque fibris aut saltem
capilla mentis nixa nec vique extuberante loco in quo
gignuntur aut rursus agere nec ipsa coherent terre.
¶ Avic. Tarde digestivis sunt et gravatia sto-
machum: et sunt grossi chimii. Gal. in quodam loco
dicit quod non sunt mali chimii.

Capitulum. cccclxxxij.

Thus. ysid. Thus a tunc deditur est
Est aut succus aromaticus quem arbor arabie
in modum amygdale fundit albus et ma-
sticatorum resolutum velut in pulvere. et cum frangit
incus pinguis est. Ignis appositum facile ardescit
Et appellatur apud nos masculus: eo quod sit natura
rotundum in modum testiculorum. Reliquum pro plas-
tum et pene scabrum minus optimum. Adulteratur
aut admixta resina sine gummi: sed propter suam di-
nosciunt. Nam thus igni impositus ardescit: resina
fumescit. Gummi pro calefactum liquefit. ¶ Dyaf.
Thus lacrimum est arboris quae grece libanum dicitur.
De qua superius de D. ca. cccclxxxij. dictum est. Quod quidem
de arabia affert candidum. Quod autem de India
subrufum. sed vtrumque masculum est. et tertium valde
minutum: quod mannum dicitur vel manna thuris. Adulter-
ratur a vterque thus masculum picinia. i. pinali resis



na et gummi comitro. Sed in hoc deprehendit
quod non talem odorem emittit. Blosa super Eccles-
iasticum. Thus bis in anno colligit. In autum-
no scilicet et in vere. Sed in autumnali collectione
preparatur inciso cortice in estate feruore. Inde
profilit spuma pinguis que concreta densatur
nisi loci natura possit tegere palma incipiente.
Quod in arboris huius ferro deperitur. ideo cor-
ticofum videtur. Purissimum hoc est thus candi-
dum. Secunda vindemia preparatur in hys-
me incisus corticibus. Rubrum hoc erit nec com-
parandum proxi. Nouelle arboris veteris est
odoratus quod ex eo pepedit rotunditate gut-
te masculum vocatur.

Operationes.


¶ Rasis. Thus est ca. et sic. Carnem in vulne-
ribus creat. Venter ac vomitum arcet. intelles-
cium acuit. De qua tamen si multa sumatur quantitas
sanguinem adurit et amentes et vigilantes efficit
Tremori cordis auxiliatur.

¶ Dyasco. Thus valet ad zernas et arancas et
cōbusturas et squassationes. et ad aurium manna-
rum dolores et intraneorum tumores. Verum si
a sano bibitum fuerit manna vel etiam mortem in-
currit. Porro manna thuris eligenda est alba
munda. frusta habens minuta. cuius virtus olivae

¶ g ij

no similis est. sed paulo fortior.

- L** Deniq; tumores oculoꝝ ⁊ reuma suspēdit. oculoꝝ vulnēra medēdo limpīdat. Sili mō fac sumꝝ storacꝝ ⁊ c myrre. qꝝ siles sūt: ⁊ sꝝ vna est.
- D** Costā. in li. gduū. Tbus ē ca. ⁊ sic. in. ij. g. calefacit ⁊ ostipat. visū clarificat. recētia vulnēra solidat. fluxū sanguis vbi cūq; sit ostingit.
- E** Pessima vlcera in ano vel in alio loco nascētia. si superponat cum lacte temperatū dilatarī nō perimitur: et grossum flegma dissoluit. De moriam quoq; corroborat.
- F** Item masticaumi cum origano vel staphisagria dissoluit flegma a capite extrahendo.
- B** Et lingue grauedinē alleviat. cū sepo anarꝝ tempatū ad vulnēra desiccāda sit optimū.
- D** Valēt etiā ad vulnēra ppter adustionē ignis facta. Sum sapa dissolutum ⁊ auribꝝ instillatū mitigat dolorem earum.
- J** Mācer. Tbus calidum siccūq; gradu dixerē secundo. Lumina clarificat iaccinio si soluitur oui. Corritū vel femineo cū lacte tepenti. Acri cum vino tritum pice lacteq; mixtis. Vulnēra pꝑꝑue curare recentia dicunt. Pingui porcino mixtū medicabitur vltis. Admixtum melli pannaricia decuit vnguis. Tbus bene cōtritū. vino q; tepento solutū. Affirmat auri multū prodelle dolenti ⁊c.



Capitulū. cccclxxxv.

Valeriana. Fu arabice. Grece licbini. Latine vero maranella. Valeriana: herba gatte. herba benedicta amantilla. genicularꝝ antilla. sistar valentina. serpillum maius.

Serapion libro aggregatoris capitulo Fu. auctoritate Dyascondis. Fu est spica siluestrꝝ habens folia similia folijs herbe que dicit grece yposellinum. vel yopellinū. ⁊ habet stipitem vnius brachij longitudine aut amplius. cuiꝝ color declinat ad purpureitatem. ⁊ est interius concavus ⁊ nodosus. habens florem in figura simile narcisco. nisi qꝝ est minor eo. sꝝ in albedine est sicut ille. ⁊ est in eo parū purpurei coloris. ⁊ illud quod est inferiꝝ est grossius qꝝ qd est superius. sicut spica frumenti. Radix eius subruca in modum parvuli digiti. ⁊ ingrediuntur ab inferioribꝝ eius come involute sic sꝝqꝝ nantum. ⁊ elleborus niger. ⁊ sunt inimicades berentes. quarum color vergit ad albedinem. ⁊ habet odorem bonum. et est aliquantulum i ea de odore nardi cum pauca pinguedine. Et qd de ipsa administratur est radix eius cū comis suis. **G**alienus. viij. sim. far. capitulo Fu. fm translationes grecam. Fu. id est valeriana aromatica quodāmodo est huius herba nardo similis fm virtutem: sed ad plurimū deficiens. Et idem eodem libro fm translationē arabicā. In radice ipsiꝝ plante est aromaticitas. ⁊ virtus eius assimilatur virtuti spicenardi. ⁊ est ca. in. ij. gradu. ⁊ sicca in fine eius.

Operationes.

Dyas. fm translationē nostrā Fu. id est valeriana. Multi nardū agrestē appellant. Mascitur in ponto. Folia hꝝ similia elleboro: vel silia yposellino: siue apio siluatico. Hasta est illi leonis ⁊ mollis subpurpurea ⁊ nodosa crescens de terra cubito vno aut amplius. Flores similes hꝝ narcisco in figura. nisi qꝝ est minor eo: sed similis in albedine. radix est illi in robore digiti minoris filis iunco. aut elleboro nigro colore ruffa cū odore grato. ex qua alie crescūt parue implicite sunt elleborus niger.

Pliniꝝ capitulo fu. Fu genus est herbe odorate: in ponte nascitur per intervalla: nodos habens et flores albos minores qꝝ narciscus. que habet folia similia apij siluatici. cyrsium rufum mollem ⁊ cauiū acleuē. Radix eiꝝ subruca in modum pusilli digiti. ex qua alie crescunt minores implicite. vnde equalis est virtutis specie. sꝝ plus puocat vnam. et est calida in tertio. sicca in principio secundi. est feruentis virtutis

De Herbis.

et mictualis.

Paulus capitulo su. Fu ca. est z sic. in secdo gradu. Radix eius in medicina ponitur. viri tunc habet diureticam.

Bals. fm trāslatiōes ara. Fu puocat vzinam.

Dyal. Fu feruētis est puans et mictualis. cuius elixatura facit ad lateris dolorē. Mēstrua incitat. antidotis miscetur.

Paulus. Contra stranguriam z disurriam detur vinum decoctionis eius. Herba etiam decocta z supposita puocat vzinam. ad digestionem confortandam z dolorem stomachi ex frigida causa detur vinum decoctionis eius: z seminis feniculi vel masticis cum succo alij cuius berbe diureticę.

Contra vicium pectoris detur vinū decoctionis eius: vel suppositorium ex bombice intincta in confectione facta ex puluere eius z oleo muscellino vel cōmuni. Contra opilationem splenis z epatis ex frigida causa: vinum detur decoctionis eius.

ysidorus. Fu est herba: in ponto nascit folijs oleastro similibus. Platearius. Fu est herba que alio nomine dicitur faleriana. in secundo gradu calida z sicca. In estate radices eius colliguntur et ad solem exsiccantur. ac priensium in efficacia multa seruantur. Radix tñ in medicinis ponitur. Eligenda est illa que folidam intus habet substantiam et nō perforatam. que cū frangitur non puluerizat. Dabet virtutem diureticam.

Vinum decoctionis eius datur ptra stranguriam z disurriā. Herba etiā ipa in vino cocta z supposita puocat vzinam. z ad confortandum digestionem. z ad dolorem stomachi ex frigida causa vel ventositate. Datur vinum decoctionis eius z seminis feniculi vel masticis cū succo alicuius berbe diureticę.

Contra vicium pectoris ex frigida causa datur vinum decoctionis eius vel aqua. Ad superfluitatem matricis mūdificandā fit ex ea fermentū vel etiam suppositorium.

Aucenna. Fu. Folia eius sunt sicut folia apij. Et crus eius vnus cubiti plus platum et tenerum. cuius supremum est digiti grossitudini proximū ac purpureum. nodos habes z florem sicut narciscus. vel maiorem. In albo etiam ipsius est quasi purpureum. Inferi in radice sua emittit ramos. Et in ipsa radice est odor aromaticus.

Confert dolori lateris: vzinam puocat si bibatur. z eius decoctio puocat menstrua: pl etiam spica.

Capitulū. cccclxxxv.



Uerbena. ysis. Verbena: siue veruena. dicitur qñ pura. s; a grecis gerebotanea nomen accepit. eo qd remedijs ac ligamentis hominū ac purificationib; sacerdotū a gēalib; apta pbata est. vñ z pōrifices illā appellabant saginen qñ sancinen. **Pli.** lib. xcv. Nulla tñ romane veritat; pl' bz qñ iberebotane. quam nri verbenatam vocant. Hac iouis mēsa vergit. domusq; purgant ac lustrant. Duo sūt ei' genera. foliosa que femina putat. Has folijs rariorib; vtriusq; plures ramuli tenues. cubitales. angulosi. folia minora qñ quercus z angustiora. diuisuris maiorib; flos pō glaucus. radix lōga. tenuis. z vbicq; nascitur in palmis a quosis. Quidā at nō distinguūt: s; vnum tñ faciūt gen'. eo qd eisdē vtrāq; habeat effectus. **Pandecta** ca. ccc. Gerebotanū vel peristerion grece. arabice albea. latie at berbena siue verbena vel sacra herba. **Sciendū** qd prima spēs gerebotani est centrum galli. z est supina. Secda spēs gerebotani est verbena. qd dicitur Balsilinaea. z est recta. z ideo vocat ortos. Et hoc **Dyaasco.** dicit in cap. de gerebotano. Et pma spēs gerebotani a quibusdā vocat peristerion z illa est centrū galli. Et ideo in **Pandecta** lfa. p. facit semorim cap. ab illo qd incipit Gerebotanū. z illud qd incipit Peristerion. **Uñ** dicit gere **Dg** ij

botanū. ideo nomē accepit tale. qm̄ sacerdotes
eam purificationibus adhibere cōsueverunt.
¶ **Dyas.** ca. de gerebotano. Gerebotanū quam
multi peristerion aut verbenam dicunt. Spe
cies habet duas. Una est supina: altera recta.
¶ Prima vocat sidericis curetis. 2 albea 2 cype
rissis. vt asculap⁹ in libro suo memozat. et Py
thagoras crucepiron nominat. latine dicitur lici
na quasi lustrago vel vertipedū vel centrum
galli. Secda quā erectam dicim⁹. vocat etiā tri
gomon bumo. vel gerebotanum bercularia. la
tine crista gallinacea vel berbena viraq; folia
subalbida 2 veluti incisa habent. 2 virgas in
cubiti longitudine 2 amplius angulosa. et ra
dices tenues 2 longas.

Operationes

- A** ¶ **Dyas.** Radix verbene 2 folia cū vino bibita
2 cataplasmatibus adhibita vctericis medent.
B ¶ Et moribus occurrūt. Foliorū eius. 3. i. cū vi
no imposita per dies quattuor et gargarismo
ipsa folia adhibita vulnera oris et pueredines
tollunt.
C ¶ Extratura eius si in conuiuio aspersa fuerit
hilaritatem prestat.
D ¶ Datur vero tertionarijs cum folijs tribus 2
radicibus tribus. quartanarijs sō quattuor nu
mero. folijs 2 radicibus tota herba vulnera glu
tinat 2 alienationes stringit.
E ¶ Et ad omnia venena potui data optime facit.
Decat herba idē nomē accepit: scz vt sacerdos
tes eā purificationibus adhibere psueuerūt.
F ¶ In passionario habet q; si medic⁹ visitando
infirmum ipam in manu portauerit nesciente
egrotō: 2 dicet egrotō. qualiter es. si eger dicet
bene sanabit. 2 si dicet male: moriet.
G ¶ **Paulus.** Aqua decoctionis eius matricem
mundificat optime. et mēstrua prouocat. Se
men eius cum succo feniculi oculis impositū
ipsos mundificat.

Capitulum. cccclxxxvii.

U Erbasco. ysidorus. Erbascum latis
ni herbam quā greci appellāt flamos.
Harum altera est masculus albidiori
bus et angustioribus folijs. Altera vero femi
na folijs latioribus atq; nigris. lanuginosis 2
birsutis.

Operationes.

- A** ¶ **Plini⁹ li. xxvi.** Contra tussim bibit verbasco.
cuius flos est aureus: atq; tanta vis huic est vt
etiā iumentis nō mō tussientibus: s; ylia trabens



tibus in potu auxiliat. qd 2 de gentiana reperit.
¶ **Et berbario.** Erbasco nascitur in locis
sabinosis. ¶ **Ad podagram** hec herba cōtusa
2 imposita dolorem sedat.



De Herbis.

Capitulū. cccclxxxviii.

V Ecticon. Dyas. ca. Ecticon. fm trāfla
tionē arabicā: herba est q̄bz folia similia
edere. v. aut. vii. s3 paulo maiora spanfa
circa terras. desup alba angulosa z viridia cum
mūltis f̄gis duoz palmoz. flos est illi viridis.
in verno maxime nascit. basta ipsius tenuis est
ita vt vix possit videri.

Operationes

D Dyas. Folia ei⁹ molli addita ignē sacz extin/
guūt tumoribz oībz medent. **S**icca fumiga
tio ei⁹ oīa etiā silr facere nouit. **D**ortuos i vtes
ro infantes excludit cīato vno cū mūlta bibito
Radicem ei⁹ siccā pone sup carbones de vite
aminea. aut de oliua z cooperi. z est⁹ qd̄ est sub/
tile de emboto infirm⁹ teneat in ore z fumū res/
cipiat. postea vinū amineū modicū glutat.
Illa herba etiā aperit ozificia venarū.



Capitulū. cccclxxxix.

V Ectialatine. grece ysoforacius. arabice
lachinis siue lechurios.

Operationes.

Sal. pmo de cibis ca. veccia. Figura boz se/
minū nō est rotūda sic fabe: s3 sublata mag⁹ sio

milis lentibz. reponunt aut agricolē. z h̄ cum
ipsis follicalis. similiter cum totis plantis gra
tia alimenti bzutoz animalum.

In fame autē vidi z ex his quosdam comes
dentes. et maxime adhuc viridibz extitibz sicut
cicera z fabas comedūt. p̄sueta aut sunt nō in
delectabilia solū: s3 indigestibilia z sistitiua v̄s/
tris. neqz boni cbimi generatiua.

Apta ad sanguis grossi melācolici generati
onē sicut z lenticula. s3 illi qd̄ multa bona ad/
sunt. huic aut nullū illoz bonoz inest.



Capitulū. cccclxxc.

V Ermicularis. Pādecta ca. cccly. Her/
ba grassula est herba de qua inuenitur
maior z minor. et minor est vermicularis. **D**ya
sco. Vermicularis est herba q̄ similitur berbe
grassule maiozi.

Operationes

Sera. Semen illius berbe est ca. z sic. in. iij
gradu. z expellit lumbricos.

Et d̄z q̄ repit sup terrā i corazeni postq̄ pluit
Et qñ bibit de eo tritū expellit lumbricos et
ascarides. z lapat ventrem.

Auiceñ. Vermicularis ca. in. iij. z est semen
arenosum interficit vermes z ascarides.

Sg iij



Capitulū. ccccxi.

Vernix latie arabice sandaros vel barastin vel gressa vel sandaraca. grece gum Sca. li. ag. c. sandros. i. vernix. z ē gūmi ca. z sic. cōplexiōis est in. ij. gdu. Et idē auc. Dabix. ca. est z sic. s; caliditas ē pauca. z ē sile karabe. s; nō est durz. z i eo parz ē amaritudinis. z affert a terris xpianoz. **P**an^o ca. d. vernice. **V**ernix ē gūmi cutusdā arboris q̄ in xpianoz p̄tibz nascit. q̄ arbor iuniper^o vocat. vñ ab eo tpe estiuo qdā gūmositas egredit: q̄ actiōe caloz/erficat z indurat. Et dō vernix: q̄ cū colligit ē albi coloris. z cū antiquat est subcitrini. z cū plus antiquat est ruffi coloris. q̄cūq; sit d̄simodo sic lucida z clara eligēda est. Et dō etiā vernix qdā qdō pficit ex oleo seminis lini z vernice. z inde illinunt vel psolidant colores apō picturā **H**abet at vernix p̄tutē p̄glutinandi ex viscositate sua z clarificādi z p̄seruādi. qdō sat; p̄z. Nā pictozes supra alios colores p̄seruant.

Operationes.

Sera. **V**ernix autē qdō est gūmi absq; confectiōe valet p̄tra fluxū sanguis ex naribz si puluis ei^o cōfectus cū albumine oui. t̄pibz z fronti supponat. p̄tra vomitū colericū fiat ex pulvere eius emplastrum z olibano z albumine oui

et stomacho superponatur.

Idē etiā fiat d̄ dissinteriā addito aceto. z supponat pectini. puluis etiā ei^o in ono solubili dat^o valet d̄ vomitū colericū vel dissinteriā. valz etiā puluis d̄ interiorē z exteriorē solutionē.

Serapion p̄dicto libro z cap. **V**ernix p̄fert catarro qn̄ fit fumigatio cū ea z deficcet vlcera. z abscondit sanguinē menstruū.

Et Idem auc. **B**edigozas. de p̄prietate eius. z p̄fert catarro z deficcet fistulas. z est sicca et calida in. ij. gradu. euellit supfluitates flegmaticas que sunt in stomacho z intestinis.

Et occidit lumbricos z ascarides. et confert fluxibilitati neruoz q̄ accidit a frigiditate z humiditate z repletionē.

Et idem aucto. **D**abix. qn̄ fit fumigatio cū eo confert catarro capitis. et qn̄ puluerisatur sup vlcera deficcet ea.

Et idem auc. **A**tabari. **S**andaraca est similis karabe in virtute sua. z cōfert fumigatio ei^o corize. z deficcet fistulas. z p̄fert sputo sanguis z emorroidibus. **E**t est gummi citrini coloris: simile karabe. z est in eo parum amaritudinis. z affertur a terris chustianoz. z virtus eius est similis virtute karabe.

Et qn̄ fit cū ea fumigatio: p̄fert fistulis. z qn̄ accipit ex sandaraca z oleo rosaz z linis cū eo: p̄fert scissuris q̄ fiunt in mēbris z manibz z pedibz. z si nō inuenies pone loco ei^o pondus terrie pris pl^o p̄dēre ipi^o de karabe. qdō dixit **S**al. esse gummi haur romane.

Ubi sciendum q̄ illud vocabulū sandaraca aliter intelligit in libris arabū. z aliter i libris grecoz. Nā arabes p̄ sandaraca intelligūt vernicem sic iam dictū est. s; greci p̄ sandaraca intendunt quendā lapidē rubēū. **U**nde **P**lini^o. **S**andaraca affert a **P**onto z **L**apodocia et **S**icilia. z est lapis ignei coloris.


Dyal. ca. de **S**andaraca. **I**n eisdē locz nascitur vbi a uripigmentū. **D**oc etiā dicit **D**yalco. ca. de arsenico. **E**t dicit q̄ eligēda est sandaraca q̄ est colore ruffa valde z facile terribilis. et crepula mūda. colore hñs cynnohozi. z odorē sulphuris. **A**rtusq; ei similis arsenico. vñ est caustice virtutis z dyaforetice z stiptice.

Resine mixta alopicias curat. cū pice vngues leprosos excludit. oris vulnera z nariū curat. **D**ñes pustulas cū oleo purgat. **O**leo mixta pediculos curat. **P**ustulas cū adipe mixta mūdat. **C**ondiomata ani compescit.

Emp: cis cū melle z vino vtiliter datur. **F**umigio tussim p̄hibet. maxie resina mixta. **F**umus ore accept^o vocē limpidat. cum melle accepta sic electuarū asmatic^o medicat. siue voci obtuse cū resina vi caprapucia accepta.

Isaac in viatico similiter seqt modū grecorū sic cap. de dentib; putridis. z ca. de morfea.

Similiter Galien^o in antidotario minoz in antidoto illo qđ incipit medicamen ad polipum narium.



Capitulū. ccccxiij.

Viola latie. Arabice fenestigyl fenefigi Grece leucis. Sciendū q tria sūt genera violaz. vt Dyas. dicit ca. leucis. S; tñ Sera. li. ag. c. Fenestig. nō loq̄t nisi de vno. sc; viola purpurea. qm̄ visus ei⁹ magis puenit medicinis. s; alia duo genera sūt spēs cheuri. sic apparer in cap. cri. superi⁹ de L. Sera. li. ag. cap. fenestig. Fenestig. i. viola. est herba cui⁹ folia sunt minora folijs cullij et nigriora. z nō elongant multū ab eis in figura sua. Et habet stis pitē egredientē ab vna radice. z est sup eū plus Et in summitatib; ei⁹ est flos boni odoris coloris purpurei. Nascit in locis vmbrosis z asperis. Gal. vi. sim. far. c. de Viola. fm̄ translationē nostrā. Folioz huius herbe substāua est subfrigida z aquosa. Virtus eoz infrigidat parum. Dyas. ca. Leucis. i. viola. omib; est nota. Est em̄ in florib; habens distantia. quia melinū album z purpureū flore ostendit Johanes mesue. ca. de violis. Viole sunt medicina

tempata pueniens. z fit peas male q̄litas p mutatio z nature solutio. Melior est quecunq; ex p̄mis. qm̄ nō inuenit eā calor resoluēs sicutē aut pluuiā dissipās frigida est z būida in p̄mo gradu. Et q̄ sicca est min⁹ est būida z minus frigida. Est em̄ in recente humiditas supflua supgrediēs caliditatem ei⁹ aqua est p̄fectio et spēs. Cū autē exsiccat z resoluit humidū supfluale ipsi⁹ manifestat amaritudō ei⁹ q̄ est ppter caliditatē q̄ fuerat sepulta. z est tunc ca. plus z minus hu. Est em̄ in recente būiditas superflua ppter quodq; recēs est solutio p ventrē educit lambificādo. que p̄o sicca est educit distoluendo. z ipa quidē est infrigidatiua narcoris ca sedatiua dolorū calidoz. z extinctiua inflāmationū z lenitiua z solutiua. Est ex debilitatē solutiua. z vigorat cū alijs laxatiuis. Et propter h̄ qđam addunt q̄ntitati eoz medietatem ex turbit. z faciunt trociscos. z vigorant cū hoc operationē eaz. Et qđam addūt scamoneam. z ipa quidē z oleū eaz ingredit in emendarōez medicinaz acutaz. Succus autē ipsaz et iyrupus ex eis leniendo. Et viole sicce educunt dissoluendo. Et ipse quidem condunt cū zucro caro z melle sunt maioris abstersionis z minoris alterationis. z cū zucro prariū faciunt Et cito q̄ non substinent de decoctione aliquid qua sit supfluitas. z succus eaz similiter z corroborat acētū cū infusione eaz. z fit mirabile februb; multe inflammationis. z est melius oleū earum. fundamentum cuius est oleum onfaninum aut amigdalinum.

Operationes.

Galien^o. Ipa herba tam p se q̄s cū alfitis supperposita remediū calidis pstat flegmomb; supposita autē in orificio ventris incensionē patientis vel in oculis.

Serapion. Virtus eius est que lenificat et sedat apostemata calida qm̄ ponunt sub ea sola aut cum farina ordei. z confert inflāmationi q̄ fuerit in ore stomachi z in oculo. Sed flos ei⁹ cum hoc q̄ sedat inflāmationē oris stomachi habet proprietatem relaxandi coleram. Et fit emplastrum cum folijs tñ huius herbe aut cū sauch. z infrigidat z cōfert apostematib; calidis oculoz z exitu ani.

Et dicit q̄ flos eius a p̄prietate que est in eo qm̄ bibit cum aqua p̄fert squinantie z epilentie q̄ accidit pueris. z est illa que vulgariter dicitur mater puerorum.

Et idem aucto. Aben Desuay. De p̄prietate eius laxat coleram a stomacho z intestinis: z confert inflāmationi que est in eis. et tōde

A

B

C

D

De Herbis.

Sera. li. ag. c. **Barfiarbay.** auc. **Dyas.** Barfi/ arbay vel dipfacus est spina q̄ pannos faciunt. 7 latine d̄: p̄ga pastoris: 7 cardo fullonū. et est sp̄s spinaz b̄ns stipitē longū spinosū. et folia ei⁹ sunt similia folijs lactucę. 7 sup̄ quēlibz nodū stipitis sunt duo folia amplectentia stipitē. longā spinosa in medio eoz̄ interi⁹ 7 exteri⁹ habēt similitudinē vesicaz aque. 7 sunt spinosa etiā. 7 habet iuxta stipitem concavitatē in qua col/ ligitur pluuia 7 ros. Et ideo nominat dipseus id est sitiens. Sup̄ quēlibet ramū eius est cap/ pitellum simile ech/ mo marino: aliq̄ntuluz in longitudinem tendens spinosum. q̄ cum de/ siccat sit albū. Et q̄ scinditur reperunt in medio eius vermiculi parui. 7 ista est virga pas/ toris masculus. Et idem Serapion loco al/ legato. Sunt eius due species. **Dascalus** 7 fe/ mina. **Dascalus** est herba que nascitur om̄i anno. 7 habet ramulos seu p̄gas tenues. mol/ les. subniles. nodosos. 7 dilatā sup̄ faciem ter/ re sicut gramen. 7 habet folia similia folijs rus/ te: nisi q̄ sunt lōgiora 7 molliora. 7 habet iuxta vnūquodq̄ foliū semen: 7 p̄pter h̄ d̄: masculus. 7 habet florem rubrum. Sed femina est quam Serapion vocat in lingua persica **perferia/ num.** Et **Dyascorides** vocat eam **Poligonos** 7 est centum nodia. Femina que ara. vocatur **barfiarbay.** Latine vero cauda vulpis. Et est fm̄ **Serap.** herba b̄ns plantā paruiā 7 virgas vnicā tenerā simile canne. 7 in nodis ipsi⁹ sunt folia egredientia ab ipā p̄ga similia folijs pini. 7 habet radicē in q̄ nullū est iuuamentū. nascit iuxta aquas. **Sal. vi. sim. far. cap. Dipseus.** Dipse⁹ vel dipfacus est p̄ga pastoris. plurimū q̄ est in ipsa est frigiditas. 7 in sapore eius est stipticitas. Et virtus eius est q̄ infrigidat 7 de/ siccat in p̄ncipio tertij grad⁹. 7 radix hui⁹ plan/ te desiccatur in. ij. gdu. **Quicē. li. ij. cap. de p̄ga/ pastoris.** Virga pastoris est masculus 7 femina. sed masculus est fortior. in ipā est stipticitas. s; pars aquea in ipsa est plurims. Et p̄pter multi/ tudinē repulsionis materierū effusaz estimat q̄ est exsiccatiua fortiter.

Operaciones.

Dyas. Est p̄ga pastoris masculus. radix ei⁹ desiccatur in. ij. gdu 7 abstergit. que cocta i vino 7 iunsa. 7 sic cerotū imposita. vel si amplastrat cū ea anus curat cissuras ani. 7 ragadias et fistulas 7 emoroidas interiores. quod medica/ men in pixide enea conseruandū. **Et clauos cozp̄is mundat. 7 formicas 7 ver/ mes q̄ in capite hui⁹ plante inueniunt. in corio suo ligati 7 collo suspēsi aut in brachio dicunt febr̄em quartanam penitus curare. 7 medetur**

mirmices et a crocordinates.

Sera. Virga pastoris scia est: cui⁹ h̄⁹ repon/ tit 7 incarnat 7 p̄fert in flāmatiōis stomachi q̄n̄ apponit extra. sic est postq̄ trita fuerit. 7 cō/ fert apati q̄ d̄: berisipila: 7 apati b̄a ntiq̄s.

Et reperit 7 p̄hibet humores qui fluunt ad mēbra. et ex melioribz medicinis berisipile. q̄n̄ dilatat 7 extenditur ambulans de membro ad membz. 7 p̄fert vlcereb; alijs. 7 vlcereb; manib; festis. ad que humores fluunt 7 conglutinat vulnera recentia cum suo sanguine.

Et p̄fert vlcereb; auris. 7 si ē in ea sanies defic/ cat eā. 7 abscindit fluxū mēstruoz̄ imoderatū.

Et curat vlcera intestinoz̄ 7 spurū sanguis. 7 sistit fluxū ei⁹ vnde cōq̄s fluat. 7 in om̄ibz his mascul⁹ est fortior q̄ scia. vñ h; mascul⁹ p̄rutē stipticā frigidā q̄n̄ sumit in potu ex succo eius: p̄fert sp̄to sanguis 7 fluxui sanguis antiquo 7 egritudine q̄ d̄: colitica. 7 distillationi vine. q; puocat vzinam puocatione forti.

Et q̄n̄ sumit in potu cū vino p̄fert moribus venenosis. 7 q̄n̄ bibit in febr̄ib; periodicis ante accessionē paroxisimi 7 horā p̄fert multū.

Et q̄n̄ fit nascale cū ea mulieri habēti fistulā 7 vlcera in matrice: p̄fert iuuamētū magnū. 7 abscindit fluxum humiditātū antiquarū ab ea. et distillatur ex ea in aurem. 7 cōfert dolori eius 7 saniei que fluit ab ea.

Et quando coquitur cum vino 7 miscet ei mel p̄fert iuuamētū vlcereb; matricis. 7 sit emplas/ strum cum folijs eius. 7 in flāmatiōi stomachi 7 sp̄to sanguinis 7 formice 7 berisipile. 7 apo/ stematibus calidis 7 frigidis in p̄ncipio eoz̄ rum. 7 quando coquitur cum vino et terit bene donec fiat cerotum.

Et emplastrat cū ea anus curat cissuras q̄ sunt in ano 7 emoroidas interiores. 7 oportet q̄ bec medicina reponat in pixide enea. 7 cur/ rat speciē formice q̄ d̄: paragodes. Et dicunt quidam q̄ vermes q̄ reperiunt in capitib; hui/ us plante q̄n̄ ligatur in corio suo.

Et suspendit in collo 7 hūero habētes quar/ tanam curat eam si deus voluerit.

Quicē. Virga pastoris p̄hibet fluxū. et fit ex ea emplastrū flegmoni 7 berisipile 7 formice. est valde p̄ferens apostematib; vlcereb;.

Et cōsolidat vulnera recentia. succus eius interficit vermes auris. 7 exsiccat vlcera eius. aqua eius confert sp̄to sanguinis. et fit ex ea emplastrum in flāmatiōi stomachi. et p̄hibet fluxum sanguinis 7 matricis. 7 sanat vlcere/ ra intestinorum.

Et Dyascorides quidem existimauit q̄ ipsa puocat vzinam 7 sanat illum qui retinet eā et potest eam emittere.

L

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

Tractatus




Capitulū. ccccxiij.

D Philosophus. Aspidem Lucanus somni
feram vocat. quia vulneratus ab ea summus
morti continuat. Fertur autem sic incantari
Dæmones discurrunt cum verbis ad serpen
tes: z infectione interiori hoc faciunt vt ser
pentes ad nutum eorum moueantur: ac sine
lesione tractabiles exbibentur.



Capitulum. xi.

A Ranea. Sidonius libro. xij. Aranea
vernīs est aeris: ab aeris nutriment
to nominata: que ex igno tempe lon
ga fila deducit: z tele semper intenta nūq; de
sinit a labore: perpetuumq; sustinet i suo ope
re dispendium. quia sepe ad modicum flatus
venti aut pluuie stillicidium rumpit tela sua.
tunc totaliter perdit laborem suum. Auicenna
ait: q; aranea est modicum animal reptile
multipes: sex vel octo habens pedes: q; sem


per habet pares z nunq; impares. z hoc fuit
necesse vt semper esset eius incessus equus
sicut z ipm onus. z hoc est generale in habent
ribus duos vel plures pedes. habet autē ali
quos pedes longiores z quosdam breuiores
propter diuersas quas facit operatiōes. naz
cum quibusdam fila subtiliat z in longū pro
trahit. Cum quibusdam vero pariter filane
ctit. cum quibusdam per fila repit. z quando
vult in tele superficie immobiliter se suspens
dit. vnde residēs in tele sue medio subito sens
tit muscam telam in parte remotissima con
tingentem q; subito inuadit z aggredit tanq;
q; hostem. de qua si triumphare potuerit eas
ne euadat: inter tele sue fila multipliciter cir
cumuoluit. z primo capiti insidens eius bus
miditatem fugit. z de tali muscarum venatio
ne viuūt. nam eius gustabile pprie est talis hu
mor: sicut gustabile apis est mel: sicut dicit
idem Auicenna. z Aresto. ¶ Itē in genere arane
arum est diuersitas sexus. Ut dicit Ares
storiles libro quinto. Et est femina maioris
corporis q; masculus. z pedes habet longio
res flexibiliores z habiliores ad motū: z etiā
ad texturam. Et sic idem in libro. v. ¶ Tem
pore coitus z amoris femina attrahit marē.
per fila tele. z post masculus feminam: z non
cessabunt donec cōiungantur. z mascul⁹ pos
nitur super ventrem femine. z iste modus est
necessarius propter ventris rotunditatem. z
ista coniunctio maxime est in fine veris et in
principio estatis: z aliquando in autumno: z
in principio hyemis. z tunc maxime sunt nos
ciue: z earum puncture amplius venenose.
¶ Item Arestoriles libro. viij. Genera arane
arum sunt multa. Nam quedam sunt parue
z diuersi coloris: z sunt acute z velocē mot⁹.
Alie sunt maiores z coloris nigri: z earū cru
ra anteriora sunt longiora. et sunt tardioris
morus nisi quando coitu stimulantur. Et ni
gre solent texere iuxta terram inter foramis
na: z manēt in textura sua quousq; aliqua in
ciderit bestiola: sicut musca quam depreben
dunt. et si habent famem sugunt eius humi
ditatē. z tunc deserūt ad locum suum vbi de
ponūt: z reseruant eam donec iterū esuriam
patiantur. Et quando totam hausit humidi
tatem: deicit residuum z reuertit ad venand
um: z non venatur quousq; reperit quod ca
prum est de textura. Et si quis ruperit textu
ram incipiet ipsam reparare circa occasum
solis vel circa ortus: z maxime laborat: quia
tūc plures bestiole incidunt in texturam: z fe
mina parit et venat. et masculus iuuat eam:

De Animalibus


Abscōdit autē se in textura v[el] sub tela ne a bestiolis videat[ur]: et max[im]e qu[on]ia est magna. qu[ia] p[ro]pter eius magnitudinē nō de facili opatur. Facit etiam femina oua: p[ri]mo ex quib[us] modice araneae post formantur. et statim qu[on]ia pariunt ponit eas in textura. et statim se mouet et disponunt ad texendū ac si in vtero materno sūt instruce ad venandū. Qu[on]ia statim aprat retia conuentia prede sue. Et est species quedā aranearū quae venatur lacertū paruus qu[on]ia ip[s]am incipit texere sup[er] ip[s]am quousq[ue] liget eius orificiū ligatione forti: et tunc saltat superum et pungit quousq[ue] moriat[ur]. ¶ Itē in eodē libro etiā dicit idē: qu[od] sepe inueniunt quedā araneae in alueariis bus ap[er]tis: et ille corripunt mel et sugunt liquorem. et sic circa fauos faciunt texturas et corripunt eos. ¶ Idē dicit Anicē. et Plin[us]. de generatione araneaz li. xi. ca. xxv. Sicut araneaz natura p[ri]cipua admiratione est digna. Cum plura sunt genera: inter que est quādam quae spalangio: cui[us] corp[us] est exiguū variū acuminatū velox ad saltū: noxiū habēs morsum. Alia est species maioris corp[or]is et nigri coloris et cruris longioris etc. ¶ Araneaz autē tele ut dicit Aresto. et Plin[us]. Ex ear[um] viscerib[us] quādam modo nature artificio generant subtilissima cōpositioe p[er]exte more retis cōponuntur et parant: et filis subtilissimis cōnectunt: et hoc ne a muscis et alijs bestiolis quib[us] tēditur videtur p[ro]pter grossiciē. cū labare quādam cōponuntur: sed miro modo faciliter dissipantur. Ignē nō sustinent. ventum timēt cui[us] impetu rumpuntur et subito denudantur.

Operationes

¶ Plin[us]. Et quis venenosa sit aranea de cui[us] egreditur viscerib[us] tela. venenosa t[ame]n nō ē qu[on]ia post multū vsib[us] medicine vtile deputatur. ¶ Nā ut dicit Dioscor[us]. Tela araneaz alba et mūda puluerulēs sordib[us] nō admixta vires habet p[ro]stringētes: p[ro]glutinātes et refrigerantes. ideo sanguinē restringit a vulnere defluentē supposita vulnere phibet fieri saniem. et sanat plagā recentē et phibet inflaturā sanitatem vulneris retardantē. ¶ Item remedium p[ro]tra morsus oim araneaz est cerebrum gallinaceum cū exiguo piperis bibitū cum vino dulci. Item coagulū agni potatū cū vino sanat morsus araneaz. ¶ Idem facit cinis vngule arietine cū melle. ¶ Itē musce cōtrite et posite sup[er] morsum extrahit venenū et mitisgant dolore. Sunt et alia remedia quae enumerat Plin[us]. et Albert[us]. ¶ Plin[us]. eodē li. ca. vi. Araneae longae et cārida tenues h[ab]ent pedes cōtrita in veteri oleo s[ed] solvere albuginē oculoꝝ.



Capitulum. xij.



Lacte bisantia grece. arabi ce achafar. latie vngula aromatica. Serapion libro aggreg. ca. Achafar: est conchilium ex speciebus ostracoz. et est silt de conchilijs purpureis: et repiunt in regiōib[us] in

die: et in aquis iuxta quas oritur spica nardi. Odor autē ei[us] aromatic[us] est. qu[on]ia ip[s]am aial comedit nardum. Et ipsa colligatur in tpe estivo. qu[on]ia aqua desiccatur. et repitur etiam ex eis in litorib[us] maris asium. Et color eius est de cliuis ad albedinē: et ambe sunt meliores: et est pinguis. Sed illa que nascitur in babilonia est subnigri coloris: et est minor illa. et omnes habent bonū odorem. Et qu[on]ia fumigatur domus cum eis sentitur odor earū sicut castorei. Sera. libro aggreg. ca. ostracoz. Blacte bisantie sunt ex vngulis ostracoz. et sunt coopcula quib[us] teguntur in foramine suo: et meliores sunt que vergunt ad albedinē: et sunt odorifere. quozum odor trahit aliquantulus ad odorem castorei.

Operationes

¶ Galienus cap. ostracoz. Quando blacte bisantia sumitur cū aceto in potu attenuat splenē. et qu[on]ia fumigatur cum eis mulieres habentes suffocatiōem matricis cōfert eis: et iste fumus excludit secundinā. ¶ Et quando ex eis fumigatur epilepticus excitat ipsum

A

B



Capitulum. xiiij.

Bonnacon. Solin⁹. Bonnacon est animal qđ in locis frigide nascit: huius taurinū est caput: ac deinceps omne corp⁹. iuba tñ equina. cornua p̄o tā multiplici flexu ī se recurrētia: vt si qđ in ea offēdat nō vulneretur: sed quicquid presidij monstrō illi frons negat aliud sufficit. Nam cum in fugam se vertit prolunie citati ventris sūm egerit p̄ longitudine trium iugerū: cuius ardor quicquid attigerit adurit. Ita egerit noxia submouet insequētes. Actor forsitā. Hoc animal idem est qđ vacca siluestris s̄m Arestorilē. que h̄z cornua declinātia adinuicem. nam 7 boues siluestres siue bubali alio nomine dicunt bisones. Arestoriles. Bony vacus est aīal catonia in quodā monte tauro simile. sed est in eo crinis descendens ad duas partes spatulaz. Dui⁹ pili molliores sūt q̄ equi 7 breuiorē. crines eius omnes continui sunt: 7 vsq; ad oculos pueniunt. Et q̄ ex pilis eius sunt inferius lane assimilant. Pili vero q̄ sunt sup eius frontem pueniunt. vsq; dum separant s̄m discrimen. Color ei⁹ est rubeus: 7 forte erit ad nigredinē declinans. huius vox assimilatur voci tauri: nec habz dentes superiores sicut nec taurus habet duos forculares. 7 caudā breuem respectu corporis: 7 cauat terrā. habet 7 corū multos ictus patiens. hui⁹ caro dulcis est: 7 ideo dephenditur. Aūq; pcutit fugit 7 q̄scit. Aū aut debilitat: pugnat. Et stercois p̄ quattuor passus eijcit. Eum vero temp⁹ partus eius appropinquat

adunantur ex eo genere multi priusq; circa ipm stercois cōgregant: 7 ipm quasi murum ponunt. Est autē animal multi stercois.



Capitulum. xiiij.

Bos. Jsi. Bouē greci boetē dicūt. latini trionē vocant q̄si terionē: eo qđ terrā terat. cui⁹ latitudo pelliū a mēto ad crura palearia dicunt a pelle q̄si pelles ria: qđ est signū generositatis in boue. Bouz in socios eximia pietas est. Mā alter alteruz inquit. cū quo ducere collo aratra p̄suevit. 7 frequēt mugitu piū testat affectū si forte defecerit. Arestoriles. Bos coit post annū. 7 forte post. viij. menses. Post bienniū autēz pregnans est nouē mensibz. viuit annis quinq; decim. castratus aut viginti. Actor. Bos ē animal mundū s̄m legē ad imolandum et ad comedendum. quia ruminat 7 findit vngulā. paleas comedit. iugo premitur. stimulo cogitur. terrā arat. Pli. libro. v. boues 7 animalia quibus cōtinui sunt dentes bibendo sorbēt vt equi. Jdem in li. xi. Superiores priores dentes nō sunt bobus sicut nec ouibz: 7 omnibus ruminantibus. boues autē mutant dentes. Dorū caudis est longissimus caulis atq; in vna parte hirtus. In genere bouū seminis tantū vox grauior: cū in omni alio genere sit exilior q̄ maribz. Theophrastus probat boues pisce vesci: sed non nisi viuente. boum attritis vngulis aruina vngendo cornua medentur agricolis. Adeoq; sequax earum natura est vt in ipsis viuentiuz corporibus feruenti cera flectant. incisaq; nascentiuz in di

De Animalibus.

Diversas partes torqueant vt singulis capitibus quæterna fiant. ¶ Isaac in dietis particularibus. Bovina caro ad cõpationẽ carnis pecudum sicillima est: ideoq; sanguinẽ generat grossum et turbide: et melancolicũ: multũq; dat nutrimentũ. Inobediẽs est digestioni: tardeq; de stomacho eicitur et ventrẽ constipat. q; si eo assueti melancolice cõplexionis fuerint fiunt splenetici vel quarantarij: vel ydropici. vel scabiosi. vel leprosi. fm complexionem quam preparatam his morbis inuenit.

Operationes.

¶ Auicenna. Bovinũ fel cũ nitro et ethimolea valet ad furfures: cũ caput eo lauat. Idem q; fel aperit ozificia emorroidarum: ex eo dem cũ melle liniẽ palatũ ad preuocationem.

¶ Dyascozides. Lac bubulũ ozis vulnera recencia ducit ad sanitatem. Fimus boum iuuat ad apum et vesparum icrus.

¶ Ydropicus etiã illi? ex eo iuuat. si ad solẽ multum iaceat desiccatur. Maximũ vero beneficium prestat fimus masculi bouis stereticis mulierum fumigatus pro pendentibus.

¶ Pli. li. xxvij. Bovis sebum cũ adipe aperi no et ocymi succo vlcera ozis ac rimas sanat. Item contra ea q; ulceratione venena enecat sepiũ bubulum: als bubulum auxiliatur.

¶ Medulla q; bubula et crure dextro parte tria cũ sanguie pilis palpebrarũq; vicis et angulorũ occurrit. ¶ Si ho grauitas sit audiẽdi fel bubulum pdest cũ vrina capre vel birci.

¶ Talus bouis accelus dentes cum dolore labentes confirmat ad morus. Eiusdẽ quoq; cinis cum mirra bonum est dentifricium.

¶ Lien bubulum in melle datur et illiniẽ ad lies nis dolores. Lac bubulum ceteris medicamentis dos. Bubulo sic quidem la cie cũcta venena expugnari tradũt vomitione. Preterea testasmus potõ lacte bubulo tollitur.

¶ Stomachũ exulteratũ lacte bubuli potõ resicit: eiusq; rosiones caro bubula mixta aceto et vino cocta. ad hois etiã morsum bubula caro cocta et iposita efficacẽ est. Lanũ scabies sanat sanguine receti bubulo. Iterũq; cũ marcescat illico et postero die abluto cinere liciuio.

¶ Doly. Fel bouis tinnitibus et auris sonitui medet si cum bombace supponatur.

¶ Si cũ oleo mixto instillet auri mitigat dolõrẽ ex frigido. In lotio q; boum si infũdat se hoõ optimũ est stomacho dolenti ex frigido.


¶ Pdest etiã emorroidis. Fimõ boui cataplasmatõ sup apostematã grossã dissoluit ea. Si ho cõburat et naribus infũstet sanguis fluxũ ab eis sedat. Preterea si cataplasmet eo modico cũ

butiro vetri ydropici manifestissime medet.

¶ Jecur bouis si cõburatur et bibatur ventris solutioni pdest et fluxui sanguinis.

¶ Os quoq; bouille si comburatur dentes cõmotos ex se fricatos solidat.

¶ Et si cũ squingibin bibat: splenẽ liquefacit. Appetitũ corõ excitat: ac lepore pdest.



Capitulum .xv.

¶ Bomber. ysi. in li. ethimologiaz. Bomber est frondiũ vermis: ex cuiõ textura bombycinũ pficit. Hoc autõ noie appellatõ eo q; euacuetõũ fila generat: et aer solõ in ea remaneat. Pli. Bombices telas araneaz modo textũ ad vestẽ luxũq; feminaz q; bombicina vocat. Bombyciũ genõ est in Assiria puenies nidos luto fingũt. salis species applicatos lapidi tanta duricia: vt spiculis pforari vij. possint. et ceras largiores q; apes faciunt. Deinde maiore vermiculũ. Et in choo insula tradunt nasci cypressi: terebinti. fragini. quercõ florem imbrũ decussum terre halitu animante. fieri autõ pmo papiliones paruos nodosq; mor frigus impatientia villis inborrescere. et aduersus hiemẽ tunicas sibi densas in sta trare. pedũ asperitate radetes folioz lanuginẽ i vellera phisiologõ. Bomber vermis est faciẽs sericũ filosum de ore suo in q; sepeliat se: ad hõ vt renascat cõpletõ. Et postq; reiecerint omne qd sterco ratũ est ac ferulentũ ac nigz de corpe suo tunc corpus eius trãslucens est cũ aspiciẽ ad solem. Folus qui de celsi vestit. que vulgo morus dicit. S; postq; operari ceperit escam rennuic

¶

¶

¶

Tractatus


delicioso labori operā diligēter impēdēs. La-
lachi ꝑo parietes industriꝑ textoz circuit. lanā
educcēs crocei coloris: q̄ niuei cādozis p ablu-
tionem efficit anteq̄ artificialis tinctura super
induat. A lōsumato at ope nobillis textoz the-
cam in ope ꝑprio inuolutā centonis subintrat
iantā similis papiloni. Semina postea minu-
ta ejicit. ex nature pēnatis secretꝑ q̄ p biemē res-
seruant. vt aere clemētioze redeunte. carni bus
mane admota in sinu fomenta suscipiant vsq̄
dum natura motū seminibꝑ cōferat a nimalē.
¶ Idem vermis etiaꝑ lanificꝑ appellat ex lana
serica. quā de ꝑprio visceribꝑ operatur.

Operationes.

¶ Sericum porro putrida vulnera combus-
tum mūdāt et confortat.

¶ Et si cū melle cōburat: rubiginē dētū curat.

¶ De arboze in qua isti vermes nutriunt lege
cap. lxxix. in ꝑmo tractatu de B.



Capitulum .xviij.

Borax et Botracha. Ex lib. de na. rerū.
Borax est genus bufonis qd̄ in capis-
te portat gemmā sui nois. h̄ vulgo cro-
pondia vocat. S; qm̄ bufoni viuo z palpitāci
extrahit: tunc ipse lapis in medio sui oculū h̄e-
t. Cū autē aliq̄d̄iu mortuo extrahit tūc malis-
cia veneni oculus extinguit: z lapis viciatur.
¶ Physiologꝑ. Borax de genere bufonis est. h̄
ꝑpter veneni q̄ntitatē qm̄ tangit inflat. Cū ara-
nea pugnat: z ab ea vincit. Nam cū illa frequē-
ter pupugerit: ille se vindicare nō valēs: instan-

tū in flādose exuberat: q̄ mediꝑ crepat z moritꝑ.
Duiꝑ mortuus pessimꝑ est z insana bilis efficit.
Gemmā in fronte nutrit p q̄ occidit. z que ab
ipso aiali borax appellat: qm̄ extinctū h̄z oculuz.
Herba speciali vtit in q̄ visū recnpat. ruta ꝑo
interficat. humida loca z marcida libenter in-
habitat. odit claritatē solis: nec eū de facili vs-
dere patit. nocte ambulat. z h̄ magis per vias
bominū tritas vestigijs. p diem ꝑo later in ab-
ditis. odore flozetis vinee fugit. z ꝑpe cubitalē
magnitudinē aliq̄n̄ crescit. In hispanie partibꝑ
bus illud ꝑcipue boracis genus habitat: qd̄
lapidem in fronte portat.



Capitulum .xviij.

Buso. Actoz. Buso est aial venenosiss-
simū: omibꝑ notū. qd̄ videt ab autozibꝑ
dici rubeta vel crassantiū. Est at buso
frigidissima bestiola z aspectu fedissima. q̄ fert
h̄z cor in gutture. vñ nec de facili interficit: nisi
p mediū guttur transfigat. Ex putredine autē
vel corruptione terre nasci putatur. Ex libro de
naturis rerum. Buso etiam reptile venenos-
sum habet visum pestilentem. attackū sordidū.
Terra vescitur: et hoc pondere et mensura.
Quantū enim in anteriori pede cōcludere po-
test. hoc illi p cibo quotidiano est. Timet em̄
nesibi terra pro cibo deficiat. In gallie partibꝑ
est bufonis genꝑ. quod cornū dicitur: quia
cornifare videtur. vnde a sono vocis sic appel-
latur. Colores habet d̄nos. tetrū et croceum
Dij vero prodeunt: z tūc voces tubaz edunt.
Duoz et duo voces tubarū reddunt inticem.

De Animalibus

In sola gallia vociferi viuunt. elatīvo cē pdūt
 z muti sunt. **B**isilolog⁹. Bufo ē aīal horroz
 ris qđ nūc cū aranea: nūc cū lacerta: qñq; ve
 ro cū colubro vel etiā cū serpēte preliū subit.
Aesius aut veneno alteri⁹ aīalis venenosi a
 plantagine medelā accipit. **S**alua libenter
 vescit: cui⁹ radix bufoni mortalis est. **A**pis
 in capite bufonis inuenit⁹ z ab hoīe gestatus
 veneni maliciā arcet. **E**x bufone quoq; per
 combustionem in puluerem redacto cum sū
 bi relinquit: bufo viuus regeneratur. nec tm̄
 vnus sed etiam plures.



Capitulum. xviij.


Bubalus z Bifontes. **I**sidus. **B**uba
 li p derivationē vocati sunt: eo qđ sūt
 filēs boū. adeo indomiti vt p feritas
 te iugū ceruicib; nō recipiāt: hos affrica pro
 creat. **E**x libro de naturis rez. **B**ybalus
 est aīal boue maius z altius corpe: nigrum
 colore. habet cornua longa tortuosa: collam
 longū: caput ingens: membra macilēta: cau
 dam parua: aspectū beniuolū ac simplicem.
Sed summe pnicitatis atq; crudelitatis est
 cum ad irā fuerit puocatus. **A**ībo humanis
 accōmodatissimū est. fortitudine maria pol
 let. **B**ubalus patiens est laboris. pilos habz
 paucos: vocem terribilem: frontē asperrimā
 cutem durissimā. pedes pargit terrā. **I**n eius
 nare anulus erens cum funiculo ponit: vt fa
 cilius homini cedat. in opus qđ fuerat ei im
 positum: qđ si onus est graue z vltra volūtas
 rem suā imponat: statim cōmor⁹ in terra ster
 nitur. nec facile ictib; ad surgendū cogit nisi
 alleuiato onere quo grauat. hic alio nomine

bifontes dicit. de quo dicit **S**olin⁹. qđ bestia
 est boui similis. **S**olin⁹. **B**ifontes i sepre
 rionali plaga sūt boues feris similes: vltra
 tauros pernicitate capti a suescere nesciunt.
 hos imperitū vulgus bubalos vocat. **P**li
 nius li. viij. **D**ermania scythie cōtermina gin
 gnit insignia. boum feraruz genera: ubatos
 bifontes z velocitate excellentes. vros qđ
 omnibus imperitū vulgus nomen bubalos
 rum imponit: cū id affrica gignit vituli potū
 us ceruice quadam similitudine.

Operationes

Pli. li. xi. **B**ubaloz sanguis nō spissatur.
Baly. **C**oagulū pulli bubali⁹ potū cicure
 pdest ei qđ comedit fūgos. **U**rina bubali si
 p trita misceat myrrha aut oleo z in aure pos
 nat: dolorē ei⁹ ex frigido mitigat. **D**yal. **F**i
 mus bubali pascens⁹ imposū⁹ tumores vul
 nerum tollit: z sciaticę passioni⁹ uenit. **I**n
 cathaplasmatibus positus duricias ac icro
 fas purgat: z pustulas soluit.

A
B
C
D



Capitulum. xix.

Brchus. **R**udolph⁹ sup **L**euitic⁹
 z **B**losa sup **J**obel. **B**rch⁹ modic⁹
 est et fului coloris. **B**rchus vocat
 fetus locuste anteq; habeat alas. deinde cū
 incipit volare par: dicitur athelabus. cū pō ple
 niter volat dicitur locusta. **E**st aut bruch⁹ mul
 to grauior qđ locusta vel athelab; qđ iacens
 in vno loco radicit⁹ rodit fructus.

Capitulum. xx.

B

Tractatus

Capitulum. xxxi.

Bibione siue Tibione ⁊ Blata. Isti
 dozus. Bibiones sunt q̄ in vino nas
 cuntur quos vulgo musciciones a mu
 sco appellant. Unde Affronius. Lū a me ex
 peccasset fabulare incipis ex ore bibiones in
 uolant in oculis tuis. Blate. a calore dicte
 sunt. siquidē ⁊ cōprehense manū ringūt. vñ et
 blateū colorē dicūt. Hoc aīal lucez nō patit
 videre cōtrariū musce. Musca enī est lucipe
 ta. Blata vero lucifuga. ¶ Ex li. de na. rerū.
 Blata vermīs est q̄ lucē videre nō patit. vñs
 de p noctem tñmodo ambulare consuevit.
 Palladius de agricultura. Blate sunt apibz
 inimice sicut ⁊ lacerte. Unde huiusmodi ani
 malia ⁊ his similia oportet apum castris vel
 aluearibus longe fugare: qui vult apes bes
 ne seruare ⁊c.




Bupreste. Isti. ⁊ Pl. li. xxx. Buprestis
 est aīal puū in italia similitū scaras
 beo: longipedum: fallit inter herbas
 bouē maxime. vnde ⁊ nomen habet. deuora
 tūqz tacta felle ita inflāmat vt rumpat.

Operationes

A
B
C
D
E

¶ Pl. li. xxx. Oleū onfancinū ⁊ buprestim
 valet ex aq̄ p se lotū vomitiōibusqz redditū
 ¶ Idē i li. xxx. Buprestis cū biricino sepo. il
 lica lichenas tollit ex facie smecti cavi ¶ Idē
 in li. xx viii. Lac resistit veneno buprestis.
 ¶ Idē in li. xxxi. Si buprestis pasta sit nitrus
 ex aq̄ vomitiones euocat. ¶ Ex li. de na. re.
 Lū aut bos buprestim iter herbas iacētē des
 uorauerit ac fel ei⁹ tetigerit: ita inflāmat atqz
 tumescit: vt prin⁹ rumpat laceratis vīceribz



Capitulum. xxxii.

Apra. Ex li. de na. rer. Apra est
 aīal barbatū: long⁹ ⁊ acutis corni
 bus: pascit in cōuallibz ⁊ i mōribz
 ⁊ in ramis arboz q̄s ore potest at
 tingere. sed morsus eaz exicialis est arbozi.
 Del fo labentes capre moriunt. Derbis ve
 nenatis viuūt. Iōstan. Si capre ex vastis ta
 marisci biberint aut comederint nō habebūt

De Animalibus

Sera. in li. de simplici medicina. Uidi inqt Galien^o capras lingētes tamarisci frōdes: et inueni eas sine splene. quāsdam vero vidi lingētes serpētes pelle deposita. et post albescentes min^o senescere. Irido. Capra a carpendis p^ogultis qdā dixerūt. aliq^o carpēt aspera. Mōnulli a crepitu crurū. vñ eas creas appellatas q̄ sunt agrestes capre. Aresto. Capra est aīal ruminans qd̄ tñ habet dentes in vtraq^o mādibula. Capre in pastu cito mouentur a loc^o suis: qd̄ nō oues faciūt. et accipiūt summitates herbarū. Quādo mouentur post meridiē plus aque potabūt. et qñ salem antepartū comederūt multū fluxū a māmilib^o habebunt. Capre naturaliter veloces sunt. iō pastores nō ponūt eis rectorē. Capra nō bene videt in die: sed acui^o eius visus de nocte. habet atit aliqñ oculos diuiles in colore. qñ sagittata fuerit pulegiū ceruinū q̄rit: et comedit vt extrabat sagitta. Pl. li. viij. Capre in sicilia sicut oues villo tonsili vesciunt. Capris in ethiopia vira ē vsq^o ad annos. xi. in orberelique plurimū octo. Idem in li. xi. Culi capre de nocte splendēt: lucemq^o iaculant. Pili acute crassi ex eunt hircis: feminis aut tenuiores. Itē mares capraz plures habent dentes q̄s femine. Nec hñt capre dētes p̄ter priores geminos habēt. Et binas in semina māmā. nec alibi sicut et oues. Pl. li. viij. Capre pariūt et q̄ternos. sed raro admodū. ferunt qñq^o mētib^o vt oues. veneno pinguescūt: pinguedine sterilescūt. Itē Aresto. Caper vni^o ani coit: s; debile qd̄ generat In ethiopia p̄rie capra viuit annis. xi. tota vira coit: et gemellas parit. et si cib^o cōueniens est: caper virtuosus erit. Palladius lib. viij. Capra trima optime potest educare: sed eligenda est capella magni corpis crassis crurib^o breui collo: plenaq^o ceruice: aurib^o flexis et grauib^o. paruo capite. nitido ac spisso longoq^o capillo. magnis vberib^o. Nec multe capre sicut oues claudēde sunt vna statione q̄ et luto carere puenit et stercore: q̄ teniores mares generant haud transeundum est. Sed vltra octo annos nō sunt mares seruandi: q̄ gen^o hoc languore sterilescit et etate.

Operationes

Esculapius. Capre cerebrū cū melle caribunculos in ventre sanat. Sepū ei^o oi morisui et lesure subuenit. Arungia q̄s eiusdē cū rosis mixta pustulas que in nocte grauescūt tollit. hoc etiā aurib^o instillatū surdos sanat. Aseus eius imposit^o oēs punctiōes atq^o dolores reprimat. Pili eius vsi fluxus om^o

nes sedant. Ungule eiusdē vsse et cū piceli quida trite et illite alopicia curant. Lac eius bibitū arteriacum liberat. Vermes occidit. Pruriginē et morsus sanat. Sanguis eius eadē facit: et venenū bibitūz extinguit. Ar. li. de na. rez. Cornu capre adustū si antenas res vere caduci teneat: statim cadit. Ani. Cornu capre adustū et albificatū dentes fortiter abstergit. stringitq^o gingiuā: et sedat inflatē gingiue dolorē. Pl. lib. xxviii. Capre cornu vel pilis accēsis fugari serpētes dicūt. Ainerēq^o ex cornu potū et illitū valere contra morsus eoz. Idem quoq^o cinis sudores inbibz. Sanguis capre cū medulla decoct^o cōtra venena toxica sumit. Idem etiā sic datur dissintericis et auxiliat^o ydropic^o. Secur capre cōtra papilionē. q̄ luminib^o aduolat p̄ficat. Assum quoq^o ciliacis subuenit: laudabiles quoq^o sunt medulle hircine et caprine. Dysasco. Adeps caprin^o ceteris magis est stipricus pascuaz causa. vnde dissinteric^o cili sterib^o misceat. Jus fellis eius etiā p̄ficat auxiliat. Bibentib^o quoq^o cantaridies subuenit. Fel caprinum adhibetur fistulis cum succo porri. Adhibetur etiā medicaminibus vulnerum: et ea sine tumore sanat.



Capitulum. xxxiij.

Caprea. Pl. li. viij. Capree transfigurantur in plurimas similitudines. Sunt enim capree: sunt rupi capre. sunt ibices. sunt et origeffoli a quibusdam dicti. strario vestiti pilo et ad caput verso. Sunt et damme et pygargi et strepsicerotes multaq^o alia et dissimilia. Sed illa alpes. hec transmarini situs mittunt. Idem in libro. xi. Pl. B ii

D
E
F
G
H
I
K
L
M
N

tura cornua dedit ramosa capreis s; parua:
nec decidua fecit. but? aialis sanguis nō spif
sāt. **Isido.** Capreas agrestas creas dicūt q̄s
greci: eo q̄ acutissime videāt recte pandoz
cos appellauerūt. **Horant** enim in excelsis
montib; **Et** quis de longinq̄ sint: vident tñ
omēs q̄ veniūt. **Eadem** z capree eedem z ibi
ces q̄i auices: eo q̄ ad instar auium ardua z
excelsa teneant z inhabitent. **Ita** vt de subli
mi vix humanis obrutib; pateāt. vñ z meri
diana ps **Ibices** aues vocant: q̄ nūi fluētis
inhabitāt. hec itaq; aialia in pen; altissimis
cōmorant. vt si qñ feraz vel bōim aduersita
te p̄senserint de altissimis saxoz cacumib; se
se p̄cipitāt: z in suis se cornib; illesa suscipiūt
Ex li. de na. re. Capra siluestris q̄ z capreola
vel rupi capra d̄: bestia feua est in cōparē sui
generis. **In** alias aut bestia timida ac man
suetā nimis. **Hec** in insula creta: qñ vulnera
ta est pulegiū querit. quo comesto sagitta de
corpore exilit: vix autē capi pōt: quia celerri
ma est. **Et** cum a canib; premūt: ad mōtes al
tissimos cōfugit. plurima inter mares ē dis
cordia ppter feminas: z hoc tpe coius.

Operationes

¶ Dyas. Simus capraz siluestriuz cum vino
bibitius vtericos sanat. **¶ Cum** folio spicca
nardi bibit? mēstruis imperat. **¶ Reliquos**
sanguinis fluxus cū aceto imposūt abstinēt
¶ Robustus z tritus cū aceto z oximelle alo
picias sanat. **¶ Arungie** mixtus podagricis
medetur. **¶ Actoz.** Itē de Caprea hoc idem
quod supra ponit: licet sub alijs verbis.



Capitulum. xxxij.

Canis. **Aristo.** Canis est aial iracun
dū z applaudēs boib; pilosuz s; vni
uerfum sicut porc? z visus. habz den
tes supius z inferi? z ventrē vñ: ac post ven
trē intestinū. multos b; fetus: multasq; fillus
ras in pedib; z multas māmillas sicut z por
cus. **Quinq;** digitos habet ī pedib; antero
rib; z q̄ttuoz in posteriorib; sicut leo z lupus.
Simū etiā habet siccū sicut z lupus. splenem
longū sicut bō z porcus. p̄trea form? z vigi
lia. cremenū z corruptio. z vita z mors. cete
raq; accidētia ex sensib; sunt in canib; sicut l
equis z boib;. **Alexander.** Canis aial est im
mundū rediēs ad vomitū: iracūdu: latratu
borrendū canē extraneū lacerās: ossa coroz
dens: qui cū habuerit cōsoriū alteri? canis
refugit. **Solus** autē nomē suum cognoscit.
Ex li. de natu. re. Canis est bestia docibilis
ad omne ludū: dñm suū diligit: z ei? hospiti
um vigilando custodit: noctuq; latratu nocē
tes pdit. **Est** etiā quoddā gen? canū qd̄ odo
ratu fures intelligit: z a ceteris boib; impla
cabili odio discernit. **Isido.** Nihil aut sagax
tius canib; plus enī sensus ceteris aialibus
habent. **Nam** soli noīa sua cognoscūt. reco
gnoscunt dños suos z diligit: z eoz tecta
defendunt. p dñis suis se mortī obijciūt. so
litarie? z voluntarie cū eis ad p̄dam currunt.
Ambrosius. Canis est aial sagax. quod vbi
vestigium lupi vel leporis inuenit. argumē
ta quēdā ad eum directa semita insequeuduz
colligit. ad diuerticulū semite venit. singula
rumq; semitarū exordia tacit? p̄cunctat: vt
p odorem agnoscat in quā partes diuertit:
huic etiā aiali insitū est naturaliter impari
ret alimonie memoriā seruare: gratiāq; refer
re: ac sollicitas ex cubias p̄ dominoz salute
p̄tendere. **Cū** enī infirmat canis: radicez ali
cuius herbe comedit ad vomenduz. **Abisio.**
Canis cetera bruta in trib; excellit: in discer
nendo amando seruendo. **Discernūt** enī do
minū ab extraneis: nec eos quos insectatur
odit: sed p eo quē amat zelat: z ex p̄ciētia so
liciti amoris innigilat. **Dos** ei? est cū pasto
re alludere. gregē nosse. insidiātes feras p̄seq
soli huic a natura insitū est. volūtarie ad qd̄
p̄parat ingeri. z p quandā obediētie formulā
sola disciplinari timoris expectatiōe suspen
di donec ad pagendi licentiā signo mittatur
Canū aut genera sunt plura. **Alij** enī ad capi
endū feras siluaz inuestigant. **Alij** volucres
Alij vero greges. **Alij** domos custodiunt.
Ex libro de natu. rerum. Tria sunt genera

A
B
C
D
E
F

De Animalibus

canū. Doz nobilissimi sunt leporarij alias le
uerarij quibz forma elegantior z ad cursuz ce
lerior aptiorq; venatui. Di pectore valentes
sunt. Latrat edere nesciūt. z nisi pducantur
ad cursum infra domū se continēt. Alij sunt
apti venatui: longis auribz ac dependentibz.
bi odore z importunis latratibz bestiam inseq
quunt. Item canis masculi nō de facili ledūt
canes feminas. Et ita fit in pluribz generibz
bestiaz In oī aut genere aī aliū masculi plus
feminis viuūt ex ceptis leuerarijs in quibus
accidit cōtrariū. Aresto. Leuerarij q̄ppe vi
uunt annis vere decez: leuerarie duodecim.
In leuerariorz quidē genere plus viuūt femi
ne maribz ppter laborē iporū masculoz. In
alijs aut plus viuūt mares feminis. Itē ca
nes femine cū applicant ad etatē coitus has
bent signa sicut homo. qm̄ eaz māmille intu
mescunt. z inuenit in eozū pectore cartilago:
sed hoc difficile est cognoscere nisi exercitaz
io. maribz aut non accidit hoc: sed in maiori
parte crus eleuant in mingēdo: z nō nisi post
sex vel octo menses faciūt. Et vniuersaliter
postq; rigescunt. Omēs aut femine fedēt qm̄
mingunt. In canibz feminis lac inuenitur ad
quinq; dies ante partū: z in quibusdā p sepre
Estq; lac caninum spissū s omni lacte: pter
q; porcorum ac leporum.

Operationes

¶ Eusculapi. Canis sanguis potat tremu
losos liberat. ¶ Caput eius vsūm tritum et
puluerizatum. vel eius caro nervosa z ficus:
mozus canis si bibat sanat puluis dentium
ei. Dolores dētū ac gingiuas curat. ¶ Loz
eius potatū canes a latratu detinet. Fel ei
cū melle curat oculos. Lac eius bibitum pi
los z capillos crescere non sinit. ¶ Cū melle
vl vino datū moz fetū mortuū eicit. ¶ Dens
ex eo tactus cito mittit: z cicatrices oculoꝝ
extenuat. Adeps eius podagrā z aurū doz
lozem sanat. ¶ Quicēna. Sanguis canis p
bibet ortū piloz euulsoꝝ: vt sc̄psit Gal. Uri
na quoq; canis admistrat sup verrucam.
¶ Dyas. Lac primi partus canis capilloꝝ oz
tus amputat: z i ytero ifantes excludit. Loz
cū caninuz addito nitro aut medicamen fas
cto lepras et pruriginos tollit. ¶ Fimus cas
ninus in canicularibz diebz collectus z siccus
bibit ventrē abstinēt cū vino. Albz vero fi
m^o eiusdē arcuato morbo medetur. ¶ Pl. li.
xxix. Sanguine canino nihil pstanti^o z ros
tica putat. Canino felle cum melle curabat
appoloni^o oculoꝝ suffusioes. ¶ Itē albugi
nes canini lactis instillatio: dolore z grauē

tatē aurū sedat. Adipe canino lendes a ca
pillis tollunt. ¶ Idē li. xxx. Canina curs cui
libet digito circūdata distillatōes sedat. Fel
canū podagris pfert penna illinitū. Verru
cas oīm genez sanat vrina canis recēs illita
fumiq; cinis cū cera. ¶ Canis lingua medici
nalis est: labendoq; sua vulnera vel aliena sa
nat: q si vuln^o pprū attingere lingua nō pos
sit pedē lambit z saline medicamine delinitū
ad vlnus apponit: certus de medicamē qd
lingue sue natura indidit. ¶ Quicē. Atq; casei
canes impinguat valde: z nutrit eos bene.
¶ Canis cec^o nascit: lunatic^o ē: odoratu mul
tū viger: dentes habet acutos: z os fissuz: val
de mordet z lingit: nō ruminat sed rodit: ad
vomitū redit: pūsq; recubet lectū circūit: bo
lūmū patitur: id est rabidam famem.



Capitulum. xxv.

¶ Alt^o z cat huplepa Irido. Catt^o. i. in
geniosus a greco venit: musio ē ap
pellat^o: eo q muribz infestus sit. hūc
vulgus captū a captura vocāt. Dicūt alij q
caprat. i. videt. tam enī acute cernit vt fulgu
re luminis nocti tenebras supet. Albertus.
Catt^o ē aīal a capiēdo dictū muribz enī infe
stus. Et dī moribz esse verecundū z pulchritu
dinis amatū. Habet aut colozes griseum.
glauci fortis z gelare silem. habet enī colozes
hūc naturalē: z alias bz ex accidentali cibi: et
p̄cipue q domesticus est: est aut mordax val
de: in multis simile leoni vnguibus z denti
bus armat sicut leo: z intrabit et emittit vn
gues sicut leo. Carnē aut bz laxā et mollem.

Operationes

A **A**micena. Ex catti morfu quibz accidit do-
B **B**lor vehemens et viriditas in corpore. et curatio
C **C**ei est curatio comunis. **I**uuat autem cum em-
D **D**plastro cepe: vel calameti siluestris. **R**asi.
E **C**atti siluestris ex fumo rute et amigdalorum
F **A**mararum fugiunt. **D**aly. **L**arnes catti cali-
S **D**e sunt et sicce. medentur emorroidarum do-
S **R**enibz. **R**enes calefaciunt. dozi doloribz pro-
S **A**sculapius. **S**tercus catti vel cante
S **C**u synapi et aceto alopicia curat. **C**athaple-
S **P**ali. li. viij. **C**athaplepa appellat fera mo-
S **D**ica et iners iuxta fontem tygrim que est apud
S **H**esperios ethiopes (vt pleriqz estimauere)
S **N**ili caput. **F**era hec ceteris quoqz membris
S **I**ners caput tamen pregrauate egrefert quod diei
S **C**ctum semper in terra. **A**lias in tremore est hu-
S **M**ani generis omnibz: qui oculos eius vides-
S **R**int cofestum expirantibz. **E**adem et basilisci
S **S**erpentis est vis. **S**olinus. **J**uxta fluminez
S **T**ygrim nascit cathaplepa: modicaz iners be-
S **S**tia pestilenti aspectu figura fere catti.



Capitulum. xxvj.

C **A**ccus. Ex libro de naturis rerum.
C **A**ccus est monstrum in archadia
C **R**orum ferosum vt porcus. **E**t vt scri-
C **B**it **A**delinus philosophus: **A**nbelini suo pe-
C **C**ctore flammaz eructuat: id est spiritum flammis
C **N**eum: maxime cum ira furit per motus. **D**ic
C **I**n antris super tyberim comorat: et inuadit sub-
C **I**bito thaurorum et vaccarum greges per caudas
C **T**res vel quattuor: apprehendens: et vi sine fortis

tudinis in antrum occulte trahens gressu re-
 trogradone scilicet de facili possit inuestigare.
 Nec solum aialibus est infestus: sed buboni gra-
 uissime insidiat: cum tamen ipsum boiem plurimum ti-
 meat. **S**i querit quod de aialis ore flamma pos-
 sit euomi tam efficaciter: vt prime tractata ali-
 as tractata comburat: et non ipsum corpus aialis
 flamma tali absumat. **R**esponderi potest: quia
 cum anbelitus adhuc in visceribus aialis per
 membra varia late diffusus est tepidum visqz
 quo non exuberat in flammam. **S**ed eructuat
 continuat ac multiplicat in obiectum aliquod
 corpus. virtutemqz recipit comburendi sicut vi-
 demus per medium berilli lumen solis multiplica-
 re radios. et in summo mucronis acumie ra-
 diorum ignis virtutem in subiectam materiam
 suscipere. **I**gnemqz effici violentum. huic aia-
 li similia fuerunt illa de quibus in libro **S**api-
 entie legitur: quod ignis ex ore suo spirabat. **D**e
 cacco dicit **V**irgilius. viij. lib. eneidos. **S**e-
 mibominis facies huic monstrum **V**ulcanus
 erat pater illius atros ore fomens ignes ma-
 gna semole ferebat. terribiles oculos villos
 faqz fetis pectora senuseri. huic cacci mens
 effera quattuor a stabulis prestanti corpore
 thaurus auertit. totidem forma superante in-
 uencas: atqz bos ne qua forent pedibus vesti-
 gia tectis: cauda in speluncam tractos ver-
 sifqz viarum: indicium raptos saxo occultat
 bat opaco. **N**unc caccum propter furata sibi
 pectora **H**ercules interfecit: vt ibi **V**irgili-
 us in longum prosequitur.



Capitulum. xxvij.

De Animalibus

Camelus. Ex libro de natura rerum. Camelus est animal deformis: gibbosum: habens collum longum: crura poplitea: lentum incessus: et dum graditur nunquam pedes atterit: immundum animal secundum legem. quoniam ungulam quidem habet: sed non dividit eam. Cum autem onerandi sunt: paululum super genua pectuntur: et statim ad onera flectis cervicibus inclinatur aquas puras refugiunt: lutulentas bibunt: et hoc gratia nutrimenti. Omne enim elementum quantum plus commixtum est alijs: tanto plus nutrit: et contrario irati cameli strident horribiliter. Dis etiam rabies accidit et postdagro de quibus facillime moriuntur. Non autem ungulas eiciunt. Sed vehementissimo dolore grauantur quando duras et laboriosas vias incedunt. Non enim in pedibus habent de forti corio solutales. Unde cito transglutientes referunt: ut rursus ruminando tota nocte madaeant. Alij compatietes abstineant: illi qui recti cameli dicuntur: unum tantum habent in dorso gibbum. Est autem et aliud genus eorum quos dromedarios vocant cursu mirabili vigentes et bina tubera in dorso habentes Aristotiles. Cameli sunt sicut animalia cornuta: quia ventres eius sunt sicut habentium cornua. et quia cibus illius spinosus est: necessario sicut eius lingua carnosa propter duriciem palati. Natura ergo vitatur palato sicut parte dentium terrestri. Camelus non habet fel distinctum: sed venas parvas in quibus est fel. Solinus. Camelorum femine ad bella preparantur: putantque validiores eas fieri. si castratione a coitibus arceantur. Camele cum homines eis vitunt ad preliandum: castrantur: quia tunc non impinguntur. In locis quidem altissimis habitant: tria milia camelorum habent homines currentium velocius quam equus: et hoc non accidit eis nisi propter amplitudines passus. Vegetius de re militari libro tertio. Camelos apud veteres aliquantule nationes in aciem produxerunt. Sed hoc genus animalium arenis quidem tolerabile sic aptum. nam confusas etiam in pulvere vento vias: absque errore dirigere memoratur. Aetherum preter novitatem hoc si viti videatur inefficax bello est. Item camelorum mares habent virgas ad posteriorem partem unde auersi coeunt. Sunt autem virge nervose ac dure unde ex eis arcum corde fiunt. Coitus tempore solitudines aut secreta petunt. Item. Camelus est valde malus tempore coitus. Et si quod animal vel homo tempore hoc appropinquaverit ad eum ledit ipsum. Coitus autem post triennium tempore luxurie solitarii est cum femina ferus ac silues

stris et coeundo per totam diem equitat. Sed cum alias luxuriosus sit: erga matrem contumens est. unde in quadam civitate cooperiebatur camele caput: ut eius pullus super eam saltaret. qui cooperito matris capite super eam saltavit: et cooperimento sublato matrem agnoscentem: turpitudinis ope quod ceperat intercepit: descenditque ipsum ingeniatorem mordens interfecit. Camela pregnantis est per annum: post partum quoque quiescit a coitu per annum unum tantum filium facit sicut elephas equum et omne animal habens soles. Cameli vivunt centum annis. Cameli pariuntur sitim per quatuor triduum: et postea bibunt multum. huic animalis malis natura dedit magnitudines corporis in modum inimenti sicut et elephantum. animal quoque cuius cibus est ex materia lignea et spinosa multos habet ventres: et in hoc genere est camelus.

Operationes

Aunicenna. Caro cameli provocat urinam
BAdeps qui est in gibbo cameli suffumigatus confert emorroidibus. cameli cerebrum exsiccatum: et cum aceto bibitum confert epilepsie. ad idem valet eius sanguis. Qui etiam siccatum et frigus retinet fluxum: cum vino quoque bibitus sagitte armenae nocumeto confert. post purgationem vero menstruorum potatum iuvat ad impregnationem: et confert per invocationi matricis. Idem. Lac camelarum fetarum est subtile et valde aquosum: nec facit opilationes (sicut cetera) propter paucitatem caseitatis et abstersionis aqueitatis illius. In ipso est salsedo: quia cameli diligunt acetosum: et hoc est melius lac. Dicitur autem quod est vehementis tarditatis in stomacho et in superioribus ventris. Ex ipso non timetur foridices sicut ex ceteris nisi raro. Urina cameli confert ydropisi. Adfert etiam vehementer fetori narium. Et aperit opilationes colicorum cum virtute vehementi. ablutione ex ea facta confert furfuribus. Dyalco. Simul camelinus albus cum melle tritus et impositus tumores reprimat: et vulnere delicata promundat. Haly. Sanguis cameli fricatus distillat in terie prodest: et solutione cronice potumque veneni lac cameli prodest: corruptioni coplexionis augetque ventrem. Plinius. Stercus cameli mundificat et destruit verrucas: abscindit fluxum sanguinis ex naribus: et quando bibitur cum medicinis epilepsie confert. Item resoluit botthos et ulcera: scrofulas quoque fortiter etc.



Capitulum. xxviii.

CAMELEON. *Isidorus.* Camelion non habet unū colorē: sed diuersa varietate cōspersus est: vt pardus huius camelionis corpusculū ad colores quos videt facit cōspersione variat. cū aliorū animalium non sit ad persionē facilis corpulentia. *Rudolphus* sup *Leuiticū.* Camelion in infirmitate māfuetū esse se fingit: cū alias sit imansuetum animal. *Glossa* sup *Leuiticū.* Camelion est natū ad deridendū: dolosum: rapax: ingluuiosum: et ideo sū legē immūdū. *Ambrosius.* Camelion diuersas species colore vario fertur mētiri. *Aristoteles.* Camelion est animal valde timorosus, ppter quod in multos colores mutat. *Causa* huius timoris eius paucitas est sanguis et calor. vñ etiā valde macer est: vocat leō terre. huius facies est sicut animalis ex porcō et symea cōpositi. Ungulas habet siles vncis seu anium vngulis. Alteratio coloris fit quā coriū eius insufflat. manet in cauernis sicut lacertulus *Soli.* Camelion pōem asiam est plurimus. Animal scilicet quadrupes: faciesque lacerte: nisi crura recta et longiora ventri iūgerent plura cauda: eadēque in verriginē torta. hamati vngues subtilis adoneitate. Incessus vero piger et idem fere quā testudinū motus. Corp⁹ asperius cute qualē ex cocodrillis dephendim⁹ subducti oculi et recesso cōcauo introsum recepti: quos nunquā in ratione obnubit.

Operationes

Plinius. Camelion quā multa in se fert hūc vtilia medicine. Caput eius et guttur si roboret

is lignis accendant imbrū ac tonitrū concursum facere democrit⁹ narrat. *Plinius.* Ite iecur in regulis visum. Reliqua ad veneficia pertinentia quae dicit: quae falsa estimātes obmittimus ppter quod in risu coagentur. *Quintus Serapion.* Oculo eius dextro si viuenti eruat albugines cū lacte caprino tolluntur. lingua quoque ad alligata pericula propter peram. *Quintus Serapion.* Eundē salutarē esse parturientibus circa domū. *Quintus Serapion.* Cor eius aduersus quartanā est pfficū. lana nigra ptime tonstre illigatur. *Plinius.* Pes prior dexter in pelle: bene alligatus brachio sinistro: dicitur pdesse ptra latrocina terroresque nocturnos. *Plinius.* Item dexteram mammillam: ptra formidines pnoresque. *Plinius.* Et pedem eius sinistrū in furno toreri cū herba eiusdē nominis addito vngento pastilis factis inde (si credimus) fertur boiem inuisibilem facere. *Plinius.* Eius felle glaucomata et suffusiones corrigi creditur ppter tridui vncione. creditur etiā eo lienibus instillato serpentes seperari: et ad alia multa.



Capitulum. xxx.

CAMELOPARDUS. *Isidorus.* Camelopardus est dicitur: eo quod cū sit vt pardus albis maculis superaspus collo equo similis: pedibus bubulis: capite tamē camelo similis est. *Dicitur* erbiopia gignit. *Plinius.* li. viii. Camelopardus aliquid similitudo in duo trāffer animalia. Habuna siquidē erbiopes vocant bestia collo simile equo: pedibus et cruribus boui: capite camelo. albis maculis colorē rutilus distinguētibus. Unde et camelopardulus appellata est. Nec primū quidē dictatoris celsi circensibus ludis rome visa ē. Ex eo sub

De Animalibus

inde cernit aspectu magis q̄ feritate conspi-
cua. quapropter et ouis fere nomē inuenit.



Capitulum. xxx.

Capreolus. Auicēna. Capreolus est
aiā in india: similis hinnulo siue cer-
uonū filio: q̄ apud nos etiā nō mutat
dentes. Et q̄n eius dentes sūt magni signāt
vīte diuturnitatē in eis: et habet oculos acu-
tos. Aresto. li. viii. Capreoli siluestres habēt
sapientiā. q̄n vulnerānt querūt pulegiūz cer-
uinum et comedūt ipm vt extrahāt sagittas
a corpeli que in ipis sunt infixe et velocitas
te mor? et assiduitate discursus. Caro capreo-
li a supfluo humido exonerat: et ei? caro tene-
rior et digestibilior efficit: et saporis ac odor?
eius grauitas amputat. Idem Aresto. Pa-
sus gratia de locis altis ad altiora tendit: et
inter herbas salubres et noxias odore diuis-
dicat et discernit. Ruminat cibos et vngulas
findit. Non vngue nō cornu nō dente: sed so-
la velocitate fuge a canib? venator? infulsis
se defendit. Unde quādo in campestrib? pfe-
quit ad montana fugiens alta petit. In mon-
tib? indie sunt quidaz capreoli qui ab herbis
aromaticis et odoriferis pascunt in quorum
vnguib? sunt quedam concauitates in quib?
humores quidam ad apostēata colligūt que
primo ad maturitatem: et motū et confricatio-
nē rūpiūt. et a corpe cū pilosis follicul? abstra-
huntur: et substātia que infra pelliculā cōtine-
tur summe est odorifera et iter aromatica ma-
xime preciosa in medicinis plurimū vtilis et
virtuosa. Et vult Dyas. et Platea. Et aliqui
dicūt illud muscum vulgariter appellare.



Capitulum. xxxi.

Castor est anīal ad modū canis pon-
tici. longum scilicet et gracile. dentes
habet acutissimos: pellem delicatāz
ac nobilem. que quanto nigrīor est tanto pre-
cisior. colores in pilis habet velut dāz: sed
pili subriles sunt et pulchri. nō potest diu sus-
tinere vel subsistere nisi caudam in aqua te-
neat quam habet vtiq? piscium caude simi-
lem: saporēq? eius et speciē. Unde et a chris-
tianis in ieiunio comeditur. pars enim cau-
de ipsius edibilis est: residuum autem ei? est
caro. Ipsaq? cauda longitudinis cubitalis
est pinguedinem multāz habens. Pedes au-
tem posteriores habet vt anser. Anteriores
autem vt canis. Nec enim illi natura para-
uit: vt et posterioribus velut auis in aqua na-
taret. et anteriorib? in terra sicut quadrupes
ambulare. ¶ Ex libro de naturis rerum. Ca-
stores vt dicit experimētator i grege viuūt:
et simul ad siluas pergunt. Ligna? dentib?
abscindentes ad cauernas suas ea miro mo-
do referunt. Unum etiam ex castoribus pro
vehiculo resupinatum pedibus elevatis in
terram proiciunt. et inter crura eius absci-
sa artificiose componunt. et sic eum traben-
tes cauda ad propria tecta deducunt. verum
iniuriam talem non faciunt his: qui inter il-
los educati sunt. sed illis qui de alienis pars-
tibus ad se venerūt. Hos enī in seruitutē sub
certa custodia redigunt. ¶ Alior? tamen opi-
nio est: q? hoc illis faciāt qui senectute labor-
ribusq? cōfecti dentes obrusos habent. et qui

ligna secare non valent. Tales enim in seruitute redactos per absumptionem pilorum in dorso venatores agnoscunt: eosque pietate commoti in lesos abire permittunt. In duplices autem versus ligna secta habent. Nam et corticem comedunt: et ex lignis habitacula valde artificiosa faciunt. Amaris quidem arborum foliis et corticibus castor per summis deliciis vescitur. Unde et tota eius caro: et si bono tamen amaro odore perfunditur. **P**hisio. Castor cum eum venator persequitur abscisos testiculos ante faciem eius persequitur. et venator habens quod ab eo cupiebat versus tra non sequitur. Si autem alius venator eum sequatur: erigit se et ostendit virilia se non habere: et sic evadit. Est autem animal mansuetum nimis. **E**x li. de na. rez. Dicitur animalis venatio fit hoc modo. Canis ad hoc instructus in aqua proficitur: qui ad foramen mansionis illius perveniens ingreditur. nec cedit castor moribus donec a venatoribus artificiosa illa mansio refringatur etc.

Operationes

A Plateari. Castoris testiculi abscissi in viscoso loco suspensi desiccantur: ut in usum medicinarum referuntur: et dicuntur castoreum. **B** Bonus autem castoreus: id est non sophisticatus: habet saporem mediocriter acutum. Glutinosum est et saporem habet multum horribilem nervos intricatos et pelliculis adherentes per annos sex in magna efficacia servari potest. **D**elictum tamen est quanto recentius. In medicinis ponitur abiecta pellicula exteriori. Virtutem habet dissolventi attrahendi et maxime nervosa loca confortandi. **C**ontra epilepsiam et alias frigidas passiones capitis datur castoreum cum succo rute in potu vel decoctionis eius vinum. **D**ontra paralysim lingue pulvis eius sub lingua ponitur donec per se resolvas et consumatur. **E**ontra paralysim totius corporis datur vinum decoctionis eius et rute et salviae. **F**ontra largiam provocatur sternutatio ex castoreo: cesareum commouet et profert. **G**ras. Castoreus testiculi sunt animalis: quod castor dicitur. et sepe aquatica. sepe vero terrenam sustinet vitam. **H**umilis est ponticum quod si interius cereus et obstructus membranis naturalibus. quidam autem testiculos adulterantes immittunt vesicis cum armoniaci gutta sanguine castoris conspersa. **I**ligendi sunt ergo qui iuncti sunt ex una radice sibi coherentes. pleni insidiis fragiles. ipsi folliculis se tractius separantes. **K**alescit autem castoreus et desiccatur attenuatur. Illis ergo qui ex plenitudine spasmodi patiuntur aut tremore nervorum utilissimum est. Quibus autem hoc

no plumas ac si esset in corpe cōmutabit.



Capitulum. cxxij.


Elentides. Ex libro de natu. rerū.
Zelentides sunt aues (vt dic' Plin
nius) quaz suffragiū a Ioue deo
petunt incole mōris cassini cum
a locustis fruges illius vastantur

Itaq; a deo missē locustas depopulantur: et
vnde veniant: quove abeant ignoratur: aut q̄
vadant. Hoc idem dicit Albertus in libro suo
de naturis animalium in tractatu de aubus.

Hec igit dicta de aniū natura sufficiant.

Prohemium.

I Am in pcedenti tractatu locuti sum^s
de volatilib; q̄ in genere animalū vls
dent esse pfectiora natatilib;. Iō nūc
in isto quarto tractatu deo opitulante dicem^s
de natatilib; siue animalib; aquaticis: h̄ est de
piscib;. Nam sicut aer ornatus est suis aialib;
scz volatilib; q̄ possunt ex eo respirare propter
crassitudinē humoris z quoz corpa potest susti
nere. sic z aqua suis. id est natatilib;. que q̄des
pinnulis suis innitūt ur aque natādo. sic aues
pennis suis volando. De piscib; igitur dicturi
fm ordinē alphabeti: z p capitula sicut in prece
dentib; procedemus.



Capitulum. i.

Bremon Achandes Accipens
der Albirem z Alpboram. Ex
libro de naturis rerum. Abre
mon: als Abare non est piscis
vt dicit Aristotiles. multum fe
cundus ouis. nec aliorum more contactu ma
ris parit. sed naturali quodam instinctu ven
trem suum ad arenam fricat. que contactu aspe
ra est. et gustu salsa. Sicq; oua cōcepta parit:
et post tempus debitum fetus educit. Iozath in
libro de animalibus. Piscis abren hora tem
pestatis maris. natos suos in ventre saluat. z
post tempestatem euomit eos. ¶ Idē. Achans
des piscis sollicitus de pullis suis nauib; ma
ris adheret. sicq; propter ipsum omnino sunt

De piscibus

Immobiles naves. ¶ Ex li. de na. re. Accipens der est (videlicet Plini⁹) piscis apud antiq̄s nobilissim⁹. Sic solus p̄ra morē omnium piscium habet squamas toto corpe ad os vsas. ¶ Plin. li. ix. Apud antiq̄s piscis nobilissim⁹ habitus accipender. vñ⁹ omnium squamis ad os versis. contra aquā nando meat. nullo nūc in honore est. qđ quidē miroz cū sit rarus inuentu. quidaz eū elopen vocant. In li. vii. Albirez est piscis marin⁹ hñs cutē adeo spissā z durā ac firmā: vt ea milites vrant p̄ galeis. In eodem libro. Alporam est piscis qui nō gignit. sed in loco lutosa vbi non est aqua. ex ipsius luti putredine in modum vermiculi creatur. postea est cū ascenderit aquam crescit in piscem. Durat autem modico tempore: citoq; dissoluitur.



Capitulum. ii.

Anguilla. ysi. Anguilla dicitur ab anguis similitudine. Vnius origo ex limo est. Unde z qñ caput adeo lenis est: vt qnto fortius presseris: tanto citius labat. Ferūt autē oriētis fluiū gangen anguillas terrenis pedibz gignere. Plini⁹ li. ix. Anguille octennis viuūt annis. Durant z sine aq̄s diebz senis acquilone spirante austro paucioribz. At hyemē i exigua aqua nō tolerant neq; in turbida. Ideoq; circa vergilias marie capiunt. fluminibz tñ precipue turbidis pascunt noctibz. ex annis pisciū sole nō fluitat. Porro vice pedū pinne date sūt bine piscibz omnino lōgitudō vt anguillis z congris. Item anguille scopulis se atterant. eaq; strigmenta viuiscunt: nec alia est eaz pcreatio

Diuiti⁹ at ceteris viuūt anguille aq̄s exempte. Idēz li. x. In anguillis oibz nec est masculinū neq; feminēū gen⁹: q̄ nec aial nec omū ex se generāt: sic neutz est z ostreis gen⁹: ceterisq; vaso vel saxo adherentibz. ¶ Ex lib. de na. rerum. Anguilla ex altoz piscium limo nascit: difficulter excoziat. durissimā habet morē. que etiā excoziata viuūt ad vocē tonitruī cōmouet. Aquis claris fluiualibz gaudet. z in absconsione pliadis marie capit. qz tūc ex vetis oppositis aqua turbat. Ad pisciculos inferiores potestatis rapax est. marie tñ cū in semine reperiunt.

Operationes.

¶ Ex li. vii. Ex annis sola pisciū nō fluitat: nisi cū aq̄s putrefacta dissoluit. pl⁹ alio cibo decoquat. aliter nociu⁹ est cibi eius. ad ignē assata pl⁹ cōpetit: qz malicia ei⁹ illic euaporat. ¶ Pinguedo eius auribz medetur. ¶ Item anguille vino necate: qui ex eo biberit tedium vini habent.

A

B
C



Capitulum. iii.


Alec. Ex li. de na. rez. Allec est piscis marinus admodum paruus in occiduo mari: qđ mediterraneū est inter maiorē Britaniā z germaniā. Cūq; vnūquodq; fere gen⁹ piscium marinorū habeat temp⁹ suum in quo solo sit bonum: scilicet ab Augusto vsq; ad Decembrem. Qui cum recens captus fuerit delictiozem cibum p̄ebet. Salsus autem in vsu hominū vltra q̄s aliū piscis sanus durare potest. Omnium quoq; fere piscium solus aqua viuūt tñ. Nec nisi in aqua viuere

potest. Nā statim vt aeris serena stigerit expi-
 rat. nec vlla moza est inter p̄actū aeris z expira-
 rationē. D̄culi ei⁹ instar luminis de nocte lu-
 cent in mari. s; hoz vtus cū ip̄o pisce moritur.
 vbiq; sup aquas in mari lumē vidēt: grega-
 tim adnatant. Et h̄ astutū ad rberia dicit; tem-
 porib; alliciūt q̄si parati. ad capiendū diuino
 munere in vsus hominū deducūt. Hybernis
 aut̄ ip̄ib; secreta maris vsq; ad temp⁹ debitū ab-
 scondunt. z h̄ circa germaniam. ¶ ysid. Allec-
 piscis est ad liquozē salsamētoz ydone⁹. vnde
 z nūcupat⁹. Actor. Fert̄ at̄ allec expuro aque
 elemēto viuere: sicut salamandra ex igne.

Operationes

A
B

¶ Plini⁹ libro. xxxix. Allee scabies pectoris sa-
 nat̄ insulap cutem incisam.
 ¶ Et p̄ canis morsus: draconis ve marini p̄dest




Capitulum. iiii.

¶ Araneos Aries z Arini. ¶ Auicenna
 Aranea marina. videtur q̄ dispositio-
 nes eius p̄inque sint dispositio nibus
 scorpionis. ¶ ysid. Aranea genus est piscis. di-
 cum eo q̄ aure feriat. habet tm̄ in ea stimulos
 quibus percutit proximantes. ¶ Plinius lib.
 ix. Aculeo spine in dorso obnoxius est ac ve-
 nenosus. ¶ Plinius in eodem. Aries est piscis
 qui grassatur vt latro nūc grandi nauium in
 falo stantium occultatus vmbra. si quē nandi
 voluptas inuict expectat. nunc elato extra
 aquam capite piscantium cymbas specularur.

occultatusq; adnatans mergit. ¶ Esculapius
 in li. de aialib; Arini siue harini piscis cū hos
 mo viderit eū inebriat. z mouet eū ad ritas et
 p̄tendēs: postq; ip̄o comederit placat̄ ira ei⁹.

Operationes

¶ Aranea itaq; morsus ceterūq; reptiliū mari
 noz venenosoz. dixerūt curādos esse cū tyrias
 cis q̄b; curat̄ venenū frigidū z cum medicinis
 rutelarnim: z tyriaca eoz.





Capitulum. v.

¶ Spidochelon z Aurata. ¶ Abisolo-
 gus. Aspidochelon grece d̄r belua que
 dā in mari: q̄ latine d̄r aspidochelone.
 Est autē cetus magnus: habens sup coriū suū
 tanq; sabulū. qd̄ est iuxta littus maris. Und̄
 plerūq; elenato dorso suo sup vndas a nauigā-
 rib; nihil aliud credit̄ esse q̄ insula itaq; appli-
 cant es dentes sup eam alligant naues accen-
 dunt focos ad coquendos cibos. Ille ip̄o vbi
 sentit odorē z calorē ignis mouet se a loco. z sic
 mergit naues in pfundū. alia q̄z hui⁹ belue na-
 tura hec est. q̄n̄ esurit aperit os iūū: z quasi que-
 dam odorē bene olentem exalat de ore suo.
 Quem sentientes minores pisces p̄fluūt i os
 eius. quod vt impletū fuerit claudit z os trans-
 gluit. ¶ Idem. Aurata dicit̄ ex eo q̄ in capite
 suo a auriculo rem habet.

Capitulum. vi.

De Piscibus

fundo ad ripā natāt. tpe siccitatis nō abūdant
s; qñ multe sunt pluuię z calide abundant.




Alfozam. Alb. i li. de na. aialiu. Alfozā
piscis est q̄ ex putredine luti generat: z
i luto sine aq̄ pcreat admodū s̄miculi. q̄ s̄mis
aq̄ ascendere crescit i piscē. De h̄ pisce nautē di
cunt: qm̄ si s̄sumat putrefact⁹ vsq; ad caput et
ad oculos. adueniēte aq̄ itez renascit: z tūc diu
vixit: cū ante hmōi suam regenerationē parue
vixit. vt sup̄ dictū est capitulo p̄mo.



Capitulum. viij.

Aureū vellus. Alb. in li. de na. aialium.
Aureū vell⁹ est aial marinū sic spōgia.
z de spōgiarū genere. s; rar⁹ ē z molli⁹ admodū
lane. z lanugo ei⁹ i auri splēdore p̄uertit z dila
tat: z plōgat sic vellus. z dū est in mari. z moue
tur motu p̄tractōis z dilatōis sic spōgia. z ra
ro inuenit. tñ hoc inuentū in frigia: tum extitit
belli troyani inter grecos z frigos. sicut dicit
Dares frigijs in hystoria troyana.




Capitulum. iij.

Astura. Alb. in li. de na. aialiu. Asturā
piscis ē q̄ tpe veris z autūni i spumis plus
u' alio generat: z i eis ebullit sic s̄mis ex sterco
rib; aialiu. Nō etiā ex luto generari. h̄ piscis im
patiēs. claritatē solis fugit ad vmbas arborū
q̄s in aq̄s p̄iciūt. calore tñ diligit z h̄nt. de pro

Capitulum. iē.

Arburciū. Annis. Abaniger. Afferus
 z Astralus. Alb. in li. de na. aialū in q̄
 Arburciū piscis est mult' ouis fecūdis
 sed non enicit oua nisi ventrē p̄fricet ad barenā
 tactu asperā. z in illa pullos educit z complez.
 ¶ In eodem li. viis. Annis piscis est vt dicit
 sapacilis: q̄ lapidē gestat interius. Est at valde
 speciosus in lateribus. p̄gultas hñs puniceas
 toto autē corpe reliquo diuersis colorib; est di-
 stinctus ac depict'. ¶ In li. viis. Abaniger pis-
 cis est vt dicit q̄ amno p̄modū similis est. z
 est lōg' z rotūndus. q̄ germanice gwich vocat'. z
 est alb' bonaz carniū. breuior anguilla. rosz
 auis habēs p̄oze subtile z lōgū. z rubeū z viri-
 dē interius habet spinā. ¶ Alb. in libro vi sup
 Afferus piscis est q̄ p̄pter exiguitatē hamo car-
 pi nō potest. ¶ In eodē li. Astralus piscis est q̄
 aqua z yndas ore suscipit z orit' qñ pleades oc-
 cidūt: eo q̄ tūc temp' est pluuiaz.



ADuna. Alb. in li. de na. aialū. Abune
 mōstrū est maris gulosi' cūct' marinis
 beluis. preda viuit. z in crassitudine corpis sui
 vertit' ei q̄cqd comedit. vñ qz stomacho caret:
 venter eius qñ comedit multū extēdit z inflat
 sup modū. z cū ampl' extēdi neq̄t. pisces pos-
 eticit. z h' de facili. qz cū collo careat sic ceteri pi-
 sces: os ei' p̄tiguū est ventri. Est autē adeo cras-
 sum aial q̄ qñ piculū timet: pellē z carnes suas
 p̄bens replicat. z extremitates sui corpis intra
 se sic iricius abscondit. ita vt nō appareāt. qd m̄
 aliqñ sine sui detrimento nō facit. Dormemē
 adeo timet q̄ cū periculū senserit nō laxari: ne
 abscedere bestia q̄ in insidijs later: nequaqs ca-
 put foras extrahit qd intra corp' suū abscondit.
 sed cum affligitur fame carnes suas deuorat.
 magis eligens in parte absumi q̄ preda facta
 beluis in toto consumi.



Capitulum. ē.


Abydes. Alb. in li. viis. Abydes a nial
 est marinū. cui' p̄uersatio p̄mū est in
 aquis: z cibus. Et postea mutat' figu-
 ra ei' z efficit' terrestre. z egredit' de aq̄ querēs
 victū in terra. z cum figura mutat': mutat' etia;
 nomen eius: z vocatur astoyz.



Capitulum. ēj.

Capitulum. xij.

BArchora. Albertus in libro vt supra. Archora est animal marinū habēs orificium pze om̄ibz animalibz fortissimū. Nam z lapidem si in ore suo acceperit: eū frangit. nec quandoq; ad ripas exit: z herbas depascit. et quando oportet in aquam reuertitur. ibiq; submergitur. ne cutis dorſi eius a sole exsicceſ. z ad nutū debitum deflectere se non possit. Pisciculos quoq; comedit. z pillos deprehendit. Piscatores nāq; pisciculos paruos viuos filo confutos in mare pūciunt. qui dum effugere nō valent. sed insimul fluitant. animalis predicti morſibus parent. At ip̄ animal dum vnū post aliū transglutire laborat. interim occupatum deprehenditur.



Capitulum. xiiij.

BOrbotha. Bortha. z Brenna. yſido. Borbortha sunt pisces quida; flumiales. aliqua tenus anguillis similes. lusz blice nāq; sunt. et excoziantur sicut anguille. Cozum habent nigrum. esum dulcem. et epar pze om̄ibus piscibus melius z efficacius. Caput magnum respectu corporis. os amplum et latum valde. Cum autem etate duodecim annos excesserit: in corpus magnū crescit. z tunc nomen eius mutatur: z solaris vocatur. d quo inferius dicitur. Ydem. Borbe sunt pisces flumiales: qui non nant: nisi per amplitudines corporis. Tenuissimi nāq; sunt et lati valde.

Pinnas habent in circūitu lati corporis. impinguantur vento meridionali flante. Cuius venatur hic piscis a piscatoribus: fundū petens: aquam supra se turbat vt videri nequeat. Maximeq; corpore strato cum terre adheret. supra dorſum terre similitudo est. Maculas autem in dorſo rubeas habz. Alexander Brenna est piscis flumialis: qui cum videt ſibi lucium imminere: declinat ad scenosa aquarum limpiditatem a tergo perturbans.




Capitulum. xiiij.

BAlena. yſido. Balena est immense magnitudinis bestia ab emittendo z fundendo aquas vocata. Ceteris em̄ bestiis maris altius iacit yndas. Balin autē grece dicitur emittere. Plinius libro nono. Balenas in gaditano oceano nō ante prunā conspici tradunt. Condi autem estatis temporibus in quosdam sinu placito z capaci. mire gaudentes ibi parere. hoc scire orcas infestam bis belnam. et cuius ymago nulla representatio ne alia possit exprimi q̄ carnis immense dentibus truculente. Irrumpunt ergo in secreta vitulorum illarum aut vetus: vel etiam nondum grauidas morſu lacerant. incurſusq; cauli bur nicarum rotis fodiunt. Ille vero ad flexum immobiles ad repugnandum merces ac pondere suo onerare. Tunc quidem in vtero graues pariendive penis iuuilide. solū auxilium nouerunt in altum perſugere: eq; toto oceano defendere. Ecōra orce laborant occurrere

Tractatus

secus opponere. et cavitatis angustis trucidare in vada vrgere satis illidere. Spectantur hmoi predia cen ipso mari sibi irarum nullis in sym vtus: fluctibus vero ad anhelitus: ictusque quantos nulli turbines voluant. Ora balene habet in frontibus. Ideoque summa aqua annorantes in summa nimbos efflant. Balenis branchie non sunt sicut nec delphinis. Nec duo genera fistulis spirant que ad pulmonem pertinent. Balenis a fronte: Delphinas a dorso. Item que pilo vestiunt animalia pariunt vt pristis. balena: vitulus. Idem in libro. x. Balene ac Delphini dormiunt. Nam etiam stercentes audiunt. Solinus. Indica maria balenas vltra spacia quattuor iugerum habent. Sed quos fasciuras nuncupant. Qui enozmes supra molem ingentium columnarum vltra nauium antemnas se extollunt. bantostisque fistulis fluctus ita eructuant: vt nimbosa alluue: plerumque nauigantium alueos depmant. Et libro de naturis rez. Balene branchias non habentes fistula spirant. quod raro in marinis animalibus inuenit. Fetus suos gestant cum infirmant et inuulidi sunt. et si parui sunt: eos in ore suscipiunt. hoc idem imminente tempestate faciunt. et post tempestate illos enomunt. Quia propter defectus aque fetus impediunt ne matrem sequantur. Mater aquarum in ore receptam instar fluminis ad eos eicit: vt sic inherentes terre liberet. adultos etiam diu comitat. Adolescunt autem celeriter. et decem annis crescunt.



Capitulum. xxi.

Babilonicus: et Belue. Ab in libro de na. animalium. Babilonici pisces sunt (vt dicit Theophrastus) circa babiloniam existentes in locis vbi dulces aquas incinorosis recipiunt ex fluminibus incidentibus. inde em egrediunt pisces ad pastum. capita ad modum ranarum magnarum reliquas partes corporis ad modum ragie habentes. similes piscibus alijs pinulis gradietes et cerebro moru caude. Plinius. Belue in orientali mari sunt. Et belue sunt animalia marina adeo magna et importuna que pcellas excitant de profundo. et picula nauibus inducant. itaque naues Alexandri ad pericula deduxerunt.



Capitulum. xxj.

Cancer. Et libro de naturis rerum. Cancer pedes habet et brachia forcipesque pro manibus: retrogradus est: nec vnquam ante faciem suam ambulare nouit. Hares duas habent spinas inter ventrem et caudam: quibus semine calent. Due oua in ventre habet ictibus serpentum medentur. Coitus tempore mas ascendit in dorsum super feminam. Ac illa motum eius sentiens a tergo coire volens inclinata super latus ad ipsum se peruertit. sicque

De Piscibus

coitus completur. latent in hyem et in sibus
quinis. Vernis tempore senectutem exiunt
velut anguis. Cancer lacte potatus: sine aqua
vixit multis diebus. Cum autem senuerit: duo
lapides albi coloris intermixto rubore inue-
niuntur in eius capite: quos tante virtutis esse
dicitur. ut in poru dati cordis punctiones sanant.

Arestoniles. Cancer habet octo pedes: per
quas mouetur equali motu. caret sanguine:
durum extra: et intus molle. nec est illud du-
rum conterritibile. immo accipit ignem in ripa
maris quod est intra indeam habentur can-
cri parui qui dicuntur milites propter veloci-
tatem cursus. tantum enim currunt quod deprehendi
non possunt. Et cum aliquis finditur non
inuenitur in eius corpore caro vel superfuitas
omnis: quia pasqua non habent. **S**ysidorus.
Canceri vocati sunt: quia conche sunt. Arura
habentes. inimica ostreis animalia. Eoz vero
carnibus viuunt miro ingenio. Duo autem sunt
genera cancrozum. fluuiales et marini. **A**m-
brosius. Cancer ostreis vescitur. sed quia ostrea
um clausum nulla vi aperiri potest. Periculos-
sumque est si chelani eius includat ad argumen-
ta confugit. et insidias noua fraude mollitur.
Explozat enim si quando ostreum remotis in
locis ab omni vento contra solis radios diptis
cum in illud suum aperit. ut acre libero viscerum
suozum voluptatem quandam capiat. et tunc
clanculo calculum immittens ostree conclusio-
nem impedit. sicque aperta claustra reperies
tute chelas impetit: visceraque interna depascit
Item femine maiorum membrorum sunt quam ma-
sculi. et distantia coopertorum maior est quam in ma-
sculis. et ouat per locum superfuitas. Cancer
paruus generatus ex terra et limo intra loca va-
cua testarum aliorum animalium. Tuncque cre-
uerit aliqua nulum mutat se ab illo loco ad tes-
tam maiorem. Cancer et Karabo in senectute
exiunt spolum. Vterque accipit pisces in pro-
fundo maris duobus suis labijs et diuidit eos
in duas partes et ducit ad os suum.

Operationes

Ancicena libro. ij. Cancer marinus proprie dis-
citur illa species cancri maris qui habet omnia
membra dura ut lapis.

B Quod ex eo adustum est subtilius est relique
adustus. et abstergit dentes. et delet pannum ac
lenticines.

C Ulcera quoque desiccant. et sunt scabiei. Item
prohibet lachrymas: et resoluit cum sale vngula.
Fit quoque ex eo collirium: et fricatur cum eo sca-
bies palpebrarum.

D Prohibet etiam quartanam. Cancer fluuia-

lis confert extensatis valde. Testa cancri mar-
rini subtilior est quam clibani.

E Exsiccantia est: et abstergit pannum ac len-
tiginis ac scabiem. Cancer fluuialis est diffi-
cilis digestionis: ac plurimi nutrimenti: et ipsum
quidem rectificat.

F Decoctioque cum melle extrahit spinas et acu-
tas res infixas carni.

Bysacli. iij. Cancros omnes pisces conchas
habentes testat Galienus esse solubiles propter falsi-
tatem eorum et acumen pinde stomacho nociua
sunt: maxime neruositati sue.




Capitulum. viij.

Canab: et Canis marinus. **S**ysidorus.
Canab est animal marinum habens pe-
des paruos: respectu sui corporis: quod
vix magnus est. Sunt autem pedibus vacce
similes. Dorum vnus longus est cartilago-
sus osse carens: quo vitur loco manibus in om-
nibus. Per ipsum enim eradicat quod vitur. et
per cibaria per eum accipitur. eaque ori suo red-
dit. Et cum natus in aqua spirat in ea. sed spi-
rando anhelitu suo aquam in corpus suum at-
trahit. qua cum replet fuerit: ad aerem recur-
rens eam reijcit. et sic respirat. **I**dem. Canis
est marina belua: terribilis et hostilis omni ani-
manti: quod ei verberibus cedit. Robustissimos
habet branchos clauorum modo formatos. Pi-
venant per mare greges piscium instar canum in
terra feras venantium: excepto quod latrare neque-
unt. sed pro latratu afflatu horribilem habent.
Insequentes sunt piscium greges ad loca angusta

coartat: et sic i coartatos crudeli morte grassant
Piscatores solaca notates in qb absconditi
pisces a fuga latebat. rheribz capiunt circūclu
fos. Nec po belue difficulter multis tridentibz
pfiici possunt. Itē canis marinus a similitudie
morū canis terrestris dz: eo scz q mordeat.

Operationes.

- 2 Ani. Fel canis marini vel canis aque dicitur esse venenū: de q si qd comederit qntitates lentis vnus interficit post hebdomadam.
- 3 Sed cura eius est vt bibatur butirū coctuz vaccinum cū gentiana romana et cynamomo et iterum coagulam leporis.



Capitulum. xviii.

Aucius. Capitatus. et Carpera. Ex li. de na. re. Laucius q et glanis auersus mordeat hamos mescatos: nec eos deuorat s; spoliat. Actor. Scdm Pliniū p g. et l. in pma sillaba scribit. vt laucus glaucius. In li. vii. Capitatus est piscis admodū parus habens corpus ppe ad reliqui corpis magnitudinē. os qz rotundus et amplū. Dic in fluuijs habitans libenter sub lapidibz et inter saxa delitescit. In eodē libro. Carpera piscis est qsi squamis aureis in lacis vel fluuijs. sic dicta: qsi que carpens parit. cum em oua in ventre ad pariendū apta dictante natura presenserit marem suū odit: et ore innuit pulsuleni. vt adiuuet pariturā. tūc ille loco seminis lacemittit qd illa suscipies ore statim oua parit in sobolē pfutura. Nā oua parere neq nisi pns ore semz

recepit. Semen autē cūreceptū fuerit: nō solū ad partū inuare videt: sed etiā ad oua pccipienda et formanda. vnde soboles in anno futuro sperat. Semini carpere nōnūqz in anno primo natiuitatis niger vermiculus. qdam post aurem suā tabificus innasit. et hoc sepius post augustum. eaqz tabe moritur.

Operationes

- 1 Remedium eius est aqua dulcis et fluuialis. Duius soboles paucis aquis prouenit si in singulis fossis decem cubitorum recenter factis ponantur singule carpere cū paribus suis ante partum proxime.
- 2 Opinio vulgi est earū sic sobolē puenire: s; postqz peperit eximunt. Soboles qz triū vel quatuor mensū tempe roborata. fossis reiecta reponit vbi habet crescere cū pfectis.
- 3 Pabet hic piscis astutias multas. vt rheti capiendus euadat. cūmenim rheti intrauerit circumiens foramen querit. Quod si non inuenit: saltare nititur in auras liberas super rheti vt extra cadat.
- 4 Aliquando sub rheti refugium querit. aliquñ herbam ore tenet in fundo aque: vt rheti superueniens elidatur.
- 5 Aliquñ etiam a superis veniens cum impetu caput in limo fortius figit. vt scz rheti p caudas transitus captione frustretur.
- 6 Duius cerebri augentiū et decrementum lune crescere vel decrecere dicitur.
- 7 Et licet h sit in omni pisce. in h tñ magis. sic inter qua drupedia in lupo scz et cane.



Capitulum. xix.

Cetus. Ex li. de na. re. Cetus est pisciū maxim⁹: habēs os in fronte magnū. ⁊ patulū. ⁊ oris meat⁹ strictos. In iuuentute dentes habet nigros. in senectute albos. Di pisces aliqñ fluctus haustos ita eructant: vt allunie nymfosa plerūq; classē nauigantiū deprimant. sed ⁊ cū in mari tēpestas oritur se sup fluctus attollūt: ⁊ cōmotionib; ac turbīnib; naues mergunt. Darenas aliqñdo dorsis sustollunt. in q̄b; ingruente tempestate: naute terrā se inuenisse gaudētes anchoza iactis falsa firmitate quiescūt. ac ignes accensos belua sentiēs subito cōmota se mergit ⁊ boies cū nauib; in pfundū trahit. Cetus postq; etiam annoz triū excedit: cū balena coit. ⁊ i ipso mox coitu virtute virge genitalis emutilatur: itaq; vltra coire neq; sed intrans alti maris pelagus intantū excrescit: vt nulla hominū arte capi possit. Infra tres igitur annos etatis sue capi potest. Apiunt autem sic: piscatores locū vbi cetus est nutantes. illic congregant cū nauibus multis: factoz circa eum fistularum ac tubarum concentu alliciūt insequentem. quia gaudet hōi: sonis. Quq; iuxta naues herens rem sono modulationis attonitum cernūt: instrumentū quoddam adinstar rastri dentibus ferreis acuminatum: in eius dorsum clam pūciunt: clamq; diffugiunt. Nec moza si certum vulneris locū dederit: fundum maris cetus petit: seq; ad terram dorso fricans: vulnerib; ferrom violenter impellit: quousq; p̄fosa pinguescine viuam carnes interior penetrauerit. sicq; ferrum subsecuta salsa maris aqua vulnus intrat ac vulneratum pimit. Doxū ergo super mare restitante piscatores cū funib; adēūt ⁊ ad littus cū magno tripudio trahunt.

Operationes

Actor. Cetus (vt fertur) qñ ludit in mari signū est tēpestatis. Idem de balena dicitur. Hui⁹ generis est aspidochelone. de q̄ dicitur supra.

Cysi. Cet⁹ aut vt legit nō comedit vt alij pisces masticādo: cibūq; dentib; cōminuēdo. s; tantū modo glutinēdo: ⁊ intra corp⁹ retinēdo.


Item habet oris meatus vt dictum est strictos. Unde nō nisi paruos pisciculos deglutit quos odorifero anhelitu suo attrahens ad se ac deuorans in ventrem suum mittit. Habet enim in gutture quandā pellem mēbrane similem: que multis meatib; p̄forata: nō sinit q̄cūq; magni ingredi ventrem.

Norath. Cū aut cetus sperma pūcit in coitu suo cū femina: qd̄ supfluit ex ipso spermate sup

natat aquā ⁊ colligit ambra. Platearius. Ambra dicitur esse sperma ceti: vt superius dictum est in tractatu p̄mo de herbis. cap. xx.

Zuicenna. Ambra vt estimo est manatio fortis in mari. melior est grisea fortis. deinde varia. post citrina.

Et adulteratur cum gipso ⁊ cera ⁊ laudano. Nigra specie mala est. De virtute ambre etiam superius satis dictum fuit.



Capitulum. xx.

Celethy et Ceruleo. Ex libro de naturis rerum. Celethy s̄m Arestorilem est animal marinum. quod p̄ter morem alioz oua in matrice sua generat. Quib; illic debito tempe fortes exeunt vermes ex illis. Duos cum peperint incredibili celeritate sūt animalia p̄fecta parentib; similia. Cor habet magnum: ⁊ tamen est valde timorosum. grauius dormit. ita vt manu capi possit. Aresto. Celethy est ex animalib; carnem comedentibus. Celethy quidem habet oua. vnum cōpletum intra quod ⁊ pariter extra. Ceteri p̄o pisces ouant extra oua incōpleta: excepta rana marina. Qua bec post paruitatem cito crescūt sicut vermes que generantur ex animalī paruo valde. deinde crescunt per se. Celethy non habet alas. sed habet similes radiceb; in terra crecentib;.

Generat autē multotiens s; sex mensib;. Exit a profundo maris et pullificat p̄ terrā: quod facit p̄pter calozē: et vt a pullis suis ausfecat timorem.

Operationes.

- A** **¶** Eli. de na. rez. Ceruleū monstrum in flumine gange instar cancri. habens brachia longitudine septem cubitoꝝ. quibꝫ elephanteꝝ cozꝫ ripit z vndis submergit.
- B** **¶** Plinius li. viij. In gange inde statius sebosus aut modico miraculo affert. vermis brans chys binis. lx. cubitoꝝ ceruleos q̄ nomen a facie traxerūt. His tantas esse vires vt elephantos ad potū venientes mordicus cōprehēsa manu abstrabant in pfundum.




Capitulum. xxxi.

¶ Dilon z Circhos. Ex li. de na. rerum Abilon inter omniū aialū genera nō nascit. sed tm̄ humiditate viscosa que exit ab eo: cibatur z nutritur. vnde fit vt hoc animal semp sit ieiunū: z tm̄ cozꝫ validū. Nam et in feminis videmꝫ plus posse differri ieiunius p̄ multos dies q̄ in viris p̄pter superfluitates humiditas z viscosas que magis habundant in eis. id est feminis.

Operationes.

- A** **¶** In eodem libro vt̄s. Circhos als Arichos: habet cutem testeam. lenem. nigrā. z in aliqua parte rubeam. fissuras duas in pede: que tres digitos faciunt. pedes dextrū habet paruum: sinistrum vero magnum.
- B** **¶** Arideo cū ambulat totū cozꝫ fert sup̄ sinistꝫ aere claro absoluitꝫ incedit. Cōmotis autē vt̄cis applicat lapidibꝫ: z immotus quiescit.
- A** **¶** Quicūqꝫ rei adberet: forti applicatōe adberet.

¶ Et hoc mirū est q̄ claro quidē tpe sui potesta tem habet. tempestuoso autē debilitat z infirmat. Caput habet humanū. reliquū vero cozꝫ pus sere vt canis marinus.




Capitulum. xxxii.

¶ Onche. Pliniꝫ li. ix. Concharū genera firmioris sunt teste. in quibꝫ magna varietas apparet ludentis nate. Tot colorꝫ differentie. tot figure. inter quas p̄ncipatū tenent margarite. **¶** Psid. Onche et cochlee inde vocate sunt. qz deficiēt luna cauatur. id est euacuant. Omniū em̄ clausozꝫ maris animalū atqꝫ concharꝫ incrementa lune membratur gescūt: defectu euacuant. Nam luna cū in augmēto fuerit auget humozꝫ. z cū in defectū venerit humozes minuunt. Conche autē p̄me positiois nomen est. Cochlee p̄o p̄ diminutionē q̄si conchule. Concharꝫ multa genera sunt. inter quas z margarite que celee esse dicunt. Fulgentiꝫ in libro mitologiarꝫ. Concha marina toto cozꝫ simul aperto miscet in coitū sicut iuba refert in phisiologis. Galij. Sadesphum. id est concha marina meliꝫ est album.

Operationes.

- ¶** Rasi in almanfore. Conche marine aduste ab radendo purgant dentes.
- ¶** Ex non adustis aut attritis emplastrū factū adustionem ignis sanat.

Capitulum. xxxiii.



Capitulum. xxiiij.

Qonger Loze: et Lozus marinus. Et li. de na. re. Conger est piscis marinus ut murena longus: et corpe multo maior. Sic vento flante vehemeter impingnat. et eius carnes dulcissime sunt ad edendum. Cum murena ceterisque piscibus inimicitias habet. et instanti robustus est: ut polippum fortitudine dentium laceret. Plinius li. ix. Conger est piscis longus ut anguilla vel murena. flexuoso in pulsu corporis. ita mari utens natando. ut serpens terra rependo. Conger et murena mutuo odio flagrant. caudam inter se perrodentes. Longri mensibus hyemis iacent in speluncis conditi. nec capiunt nisi diebus estatis. Pinnesque vicepedum dare sunt piscibus bene sunt omnino longis ut anguillis et congris. Polippum sua rodere brachia falsa opinio est. Idem a congris evenit ei. Nam polippum lacerant congre. Polippum pro locusta pavet. locusta conger. in siccum repunt etiam congre.

Operationes.


¶ Esculapius. Loze piscis est qui tempore pluvie in cavernis occultat se. Nam dum pluvia cadit super eum et haurit eam: excecatur et postea moritur.
¶ Ius. Lozus marinus a cordis voce dicitur est. quia pectore grunit. suaque voce proditur capitur.
¶ Iorath: pisces qui dicuntur corui quoniam pullificant voce sua produnt. quia semper gemitus vel grunitus proferunt: sic capiuntur.

A
B
E

Qochlee. Plinius li. ix. Cochlee aquiles terrestres sunt exeretes se domicilio. binasque cornua prendentes habentisque oculis carent. Ideoque corniculis earum presentant iter.

Operationes

¶ Idem in li. xxx. Cochlearum cibum stomacho est utilis: sed in aqua oportet eas in tactu earum corpe sub ferre fieri. mox in pruna torreri: et ex vino garoque sumi. laudatissime sunt affricane: et ex insulis capreaz.
¶ Idem in li. xxxij. In cibis scorpionum carnes fluvialium coclearum resistunt crude vel cocte.
¶ Quidam ob id salvas quas observant et imponunt ipsis plagis precipiunt et cochlee crude carne tritam bibere ex aqua calida in tussi cruenta.



Capitulum. xxv.

Tractatus

Cocodrillus. ysidorus. Cocodrillus a croceo colore dicitur. Signif in nullo. Et est animal quadrupes in terra et in aquis valens longitudine plerūq; cubitozum viginti. dentium et vnguiū immanitate armatum. tantaq; cutis duricia vt quous forūū ictibus lapidū tergo percussus sit. non sentiat. nocte in aquis: die humi quiescit. Quia in terra sonet. Masculus et femina vices seruant. hūc quidam piscis ferratam habentes cristam tenera ventrium densacantes interimūt. Solus ex animalibus superiorē maxillā mouere dicitur. Ex libro de naturis rerū. Cocodrill⁹ lingua caret. os patulum et apertum habet: et hiatum vsq; ad aures. per diem in terra quiescit adeo immobiliter: vt nisi consuetudinem eius precognoscas mortuū illum credas. Oculis clausis dormire se simulat. et aues hiatu suo pabuli grā inuitat. quas ad escam descendentes perimit et transglutit. Quidam hoc animal sic vsam semper crescere crediderunt. Circa nili ripas habitat in insula. gens hominū parua quidez: sed animosa. his beluis inimica. Soli enim innatare flumen audent: in quo cocodrilli habitant. saliantq; supra dorsa eorum et illos inuoluerant. Grestoriles. Cocodrillus in aqua conuersatur: non tamen recipit aquam intra se sed aerem et parit extra. habet sanguinem duosq; pedes maiores: et caudam. omniaq; talia sunt fisci pedis multoq; digitorū. et participant instrumentū sensus in lingua pter cocodrillum. Hoc etiam animal nō habet aures s; foramina natū: que sunt vie auditus. nec habet mamilas. nec testiculos. nec virgam apparentem extrahed intra. nec habet pilos. sed per totū corpus est corū squamosi. Habetq; dentes magnos et acutos et distinctos. habet etiaz oculos similes porcorū. et habet culmos. In aqua quidem debiliter videt. q; pistios est aere. Maior est eius mansio in die super terram: et nocte in aqua. qm aqua calidior est de nocte q; aer extrahit. Trochillos auis os eius apertum intrat: et eius dentes mundificat: illozūq; sordibus se cibabat. Cocodrillus autē in hū sentiens iuuamen non nocet eis: sed cū vult eas extrahere mouet collum. nec eas comedit:

Operationes

- A** Plinius libro. xxvij. Cocodrillozū genus cuius vita est in aqua et in terra cōmunit: dentes e maxilla dextra: dextro lacerto adalligati coitus stimulare dicuntur.
- B** Capillos etiā in vētre illi exemptos aduersus horrores febriū venētes pelleretradūt.
- C** Et ob hū egiptij suos egros ipsi adipe pungūt

¶ Dyascorides. Fimus cocodrilli terrenti collectus et succus adhibet: gratū vultū ac niueū facit maxime si albus ac lenis fuerit. et in aqua missus cito se soluerit

¶ Auicenna in secundo libro. Stercus cocodrilli valet albugini oculi.



Capitulum. xxvij.

Draco marinus. Ex libro de naturis rerum. Draco marinus est monstrū crudelitate horridum. instar draconis terrestris in longitudine extenditur. alis caret: caudam habet tortuosam. capitū fm magnitudinem corporis paruum. sed hiatum oris horridum: squamis et cutem duras pinnam autem habet pro alis. quibus vtitur in natando vno impetu magna maris spacia transcurrit. et hoc potius robore virium q; remigū pinnarum. Pestifer est hominibus et etiaz piscibus mortuus eius. Mortem enim infert. Ysidorus. Draco marinus est in branchijs aculeos habet ad caudam spectantes. Qui dum percusserit quaq; ferit. venenum fundit. vnde et vocatus est.

Operationes.

- ¶ Plinius libro. ix. Draco marinus captus et immisus in arenam: cavernam sibi rostromi ra celeritate excauat.
- ¶ Idem libro. xxvij. Absinthium aduersatur draconi marino.
- ¶ Idem libro tricesimo scdo. Carnes etiā stelle

De Discibus

marie valet. In marini draconis ictus imposita
Imponuntur q̄s extra eū salſamēta ex aceto.
Itēz draco marinus ad spine sue qua ferit ve
nenum: ipse prodest impositus.

Quicē. in. iij. cañ. Dorsus draconis mari
ni similitudo magni corporis serpentii curatur
inquantiū est vicus tantū nō inquantū est ves
nenū de quo sic curandum.

Draconis quidem marini morsus (vt dices
runt) liniatur cum sulphure et aceto.

Conferunt ei adipēs cocodrilli emplaſtrat⁹
z plumbum fricatum super ipsum.

Idem in scōo. Draco marin⁹ vt ait Gal. fin
dit z ponit sup morsum suū z confert.

Succus etiā absinthij confert eius morsui.

Stanni quoq̄ cerula: confert sup punctur
ram eius confricata.



Capitulum. xxvij.

Delphin. Acto. Delphinus frater ho
minis dicitur quia moribus humanis quā
modo assimilatur. Ex li. de natura rerum.

Delphinus p̄ voce gemitus est illis humano
similis. Et h̄ q̄ pulmonē habent z venā aspe
ram. z eorū lingua nō est absoluta. nec eorū la
bia pueniūt vel prominent ad distinguendam
vocem. Aures nō habent: s̄ aurium loco fora
men. Dorsū autē olfactus nec vestigia quidem
habet: cū tñ sagacissime olfaciunt. dormiunt
super aquas vt possunt audiri stertere. Cuius
vici ad annos. cxi. Dulcentur musica. vnde

actionem cytaristam in mari nautis interſice
re parantibus obtinuit ab illis vt prius cytha
ra caneret. Ad cuius cantum delphinorū gre
gibus cōgregatis cum in mari se proieciſſet ab
vno exceptus est z ad litus proiectus. Solus
delphin⁹ (vt dicit Aristotiles) inter pisces fel
le caret. Aristotiles. Delphin⁹ valde diligit
filios suos. et ideo longo tempore pascit eos.
Solus inter pisces animal completum gene
rat. z habet māmillas: lactatq̄ fetus. Idem.
Dorsuo deniq̄ delphino: ceteri delphini cō
currant: ipsumq̄ circumdantes in profunda
deferunt atq̄ sepeliunt: ne a piscibus comeda
tur. Item. Delphini parui semper simul sunt
tantq̄ greges. Et habent duos magnos del
phinos custodes. q̄ si quis eorum mortu⁹ fue
rit: alij super scapulas eum efferunt: ipsumq̄
custodiunt: ne ab alijs piscibus comedatur. do
nec tempestate maris ad litus eiciatur. Inui
cem enim se miro modo diligunt. Unde Plin
io testante narratur: q̄ Delphino capto a res
ge carie. conuenit ingens multitudo reliquorū
ad portum vbi Delphinus ligatus tenebatur:
quibus plangentibus: z quasi miseracionem
poscentibus. rex eum dimitti precepit. Philo
siologus. Delphini oculos habent in dorso. et
ora in parte opposita. vnde non bene predam
suam capiunt propter distorſionem oris a par
te oculorum. Hinc est q̄ ora sua conuertit ad
celum z dorsum. oculosq̄ ad terram: vt predas
suam consequantur. Imminente tempestate
ludunt apparentes in vndarum superficie.
Subsidium vero naufragantibus exhibuisse
dicuntur. Feruntur etiam plorare quando cap
iuntur.

Operationes.

Plinius libro. xxxij. Delphini cinis ex aqua
illitus lichenas z lepras sanat. Porro exulce
rationem sequi debet curatio: que perducit ad
cicatricem.

Quidam vero Delphinum in fictili donec
pinguedo similis oleo fluat ponūt. vel coquūt
ac perungunt.

Circumitus autem febrim tollit Delphini
iecur ante accessionem gustatum.

Adeps delphini liquatus z cum vino potus
ydropicis medetur.

Singulis autē atq̄ dentitionibus plurimū cō
fert dentium. delphini cinis cum melle: z si dente
ipso tangantur gingiue.

Idem. Ad alligatus pauores tollit repenti
nos.

A
B
C
D
E
F


Capitulum. xxxix.



Erachoides. Erachinus. et Ericius. Albertus in li. de na. animalium. Erachoides ut dicit Theophrastus: pisces sunt in ponto circa eracham morantes. Dicitur piscis multum sequitur aquam dulcem. ita quod terram incidens de aqua transit ad aquas. Et aliquando in cavernis latitat. ubi amnes sub terra confluere inuenerit. In li. viis. Erachinus piscis est archadie. ut dicit Plinius. vel pontus aquaticum. et propter somnum de aqua exiit ad siccum nec vivere potest sine somno. In eodem li. viis. Ericius est piscis maris habens caput et os inferius. et exitum superius fluitatum superius contra aliorum dispositionem animalium. suis spinis vitur loco pedum. et ceteris piscibus est horrore. Et sicut dicit Plinius: habet carnes rubeas sicut minium.

Capitulum. xxxviii.


Dentrix. et dies. Ex li. de na. re. Dentrix aliter dicitur vel pagrus a re nomine habet: quod dentes habet magnos multos ac diuos quibus grassatur in ostreas. et pisces innocuos. Actoz. Nota quod dentrix idem est quod pagrus: de qua etiam loco suo dicitur inferius. Ex libro viis. Dies est piscis marinus. ut dicit Aristotle. sic dicitur: quod post perfectionem suam non vivit nisi per unum diem. Habet tamen alas duas et duos pedes. et sanguine caret. Hoc idem dicit Albertus in libro suo de naturis animalium.



Capitulum. xxx.

Elcus et Exposita. Elcus est vitulus marinus. de quo in prehabitis libris multa dicimus. Habet autem pellem pilosam: albis nigrisque maculis distinctam. Hoc animal parit in terra: et lactando matris nutrit vitulos. nec ante .xii. dies ducit eos ad mare. et difficulter interfertur. nisi icus in caput in locum cerebri et vibrat. In somno ita alte stertit quod stertio mugit esse videtur. gravissimo enim somno inter omnia demittit animalia. unde pinna eius dextra quibus ad natandum vitur dicuntur esse somnifera. timpari hominis superponantur. Qui animalis pili in corio excoziato ubique fuerit compositio de

et erectione indicat fluxu et refluxu maris. Et hoc faciunt coria etiam aliorum marinoz que pilosa sunt. ¶ In lib. vii. Exposita ut dicit Plinius bestia est in maris illa parte que in iudea et oppen attingit: aliquando inuento. que multos et latissimos dentes et pinguedinem. et est de genere cetoz.



Capitulum. xxxi.

Aceola. ysi. Aceola dicitur concha margaritifera. in cuius carne preciosus calculus solidatur. De his enim traduntur hi que de animalium naturis scripserunt. quod nocturno tempore litorea appetunt. et ex celesti roze margaritam percipiunt unde et aceole nominantur. ¶ Solinus. Conche certo tempore anni luxuriante conceptu faciunt rozem velut maritum. Quis desiderio hiant: et cum maxime linquntur lunaris: oscitatione quidam hauriunt humorem cupitum.

Operationes

¶ Sicergo percipiuntur: grauides sunt: et de sagine quietate redit habitum ymionis. Nam si clarum fuerit quod acceperunt candicant orbiculi.

¶ Si vero turbidum aut palloze languet: aut rufo innubilantur. Ita de celo magis quam de mari partus habent.

¶ Item gregatim natant. et que magis inter illas experta est gregem ducit. que si capta fuerit cetere diffugiunt.

Capitulum. xxxii.



Hippocampus marinus. Equonilus. et Equus fluminis. ¶ ysid. Equi marini vocati sunt eo quod prima parte equi sunt. postrema vero soluuntur in piscem.

Operationes

¶ Arli. de na. re. Equus marinus est monstrum formidabile: nihil extra aquam potest: ut dicit Aristoteles. si statim ut aquam caruerit natura: carebit et vita.

¶ Aliorum piscibus carnis viuit. In pugna crudele est: et homines timet et se eum partiri bella formidat.

¶ Idem. Equonilus ut dicit Michiel. monstrum est ingens ac fortissimum in nilo habitans.

¶ Arura pedes et ungues habet ut cocodrillus sed multo maiora. Humana et mortuum cupidissimum est. Nam cum et nauis in portu occurrerit unum pedem in terra figens: altero nauem in anteriori arripies facillime scindit: ut inclinata aliquando mergit.

¶ Unde in locis in quibus habitat immanis multitudo hominum perditur per eum. sed huiusmodi malum rarissime inuenitur.


¶ Nullus capi possit instrumentis nisi rethi ferro ex cathenis apud Damascenos in hunc modum fabricatis. Captum quoque malleis tamen ferreis occiditur. Pellis eius unius cubiti spissitudinem habere dicitur. tamen esse duriciei: ut nullo iaculo et armatura penetrari possit.

¶ Idem. Equus fluminis ut dicit Aristoteles. est monstrum in oriente forma mirabili sublimis faciei.

¶ Crines habet ut equus. pedes fillos et sotularum res ut vacca. caudam ut porcus.

¶ Corium eius valde grossum est: interiora eius ut equi. Magnitudo autem ut asini. binnit ut equus. in terra et in aquis equaliter manere dicitur.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J



Capitulum. xxxiiij.

Escimerion et Escarus. Jorath. Effimerion piscis est qui sine coitu nascitur, et cum per tres horas diei vixerit moritur. ¶ Ysidorus. Escarius dicitur: eo quod saltus escam ruminare prohibet. Tradunt autem hunc ingeniosum esse, inclusum quippe nassis, non fronte erumpere nec in festis viminibus caput inserere, sed auersus caude ictibus crebris laxare foras, et ita retrosum redire fertur. Quem luctarius eius si forte alius escarus intrinsecus videat a prehensa mordicus cauda, nihil erumpentis adiunare dicitur.

Operationes.

- A** Plinius lib. ix. Escaro vel scaro principatus nunc datur, qui solus piscium ruminare dicitur. Verbisque vesci: non alijs piscibus.
- B** Carpathio mari maxime frequens promontorium troadis lectum nunquam sponte transit. Inde autem aduectos a tiberio claudio principe. Operatur Elipertus prefectus classis inter ostiensem et capanie ora sparsos disseminavit quinquennio fere cura est adhibita: ut capti redderent mari, postea frequentes inveniuntur in littoribus ytalie non ante ibi capti.
- A** Idem in li. xi. Omnibus piscibus sunt dentes serrati: propter escarus, cuius vni aquatilium pleni bicuntur poribus pedibus, ut manibus cibum oris admoventibus.


Capitulum. xxxv.



Scorpius. Alb. in li. de na. aia. Estinis est de genere cancrorum semipedaliu. circa coronam sunt candidi aculeos quidam pro pedibus habentes et ora in medio corpore, et sunt colore quasi vitrei, et pene in scorpiosis effigie, loco dentium habens i ore habentes aculeos, ora faciunt quatuor numero, et sunt amarissima. Est autem venenosus ne comedi possit.

Operationes.

Diciscus pronunciat tempestates, fetiens enim materia veterum eleuari: de fundo rapit lapidem, stabiliens se ad ipsum sic anchoram. ¶ Et cum hunc lapidem escinam trahere ludet naure: etiam ipsi per anchoras figunt naues. ¶ Dic piscis escynus quatuor detinet nauis, subitus enim adherens nauis ducetorum vel amplius pedum cum omnibus ornamentis suis detinet escynus quod quilibet veterum impulsus, ita quod moueri nequit aere aliquo vel violentia.



Capitulum. xxxv.

Eriox vel Erox. Albertus in libro vrs
Erox piscis est que qdam lachsen vocant. qdas aut magnū piscem danubij z quarundā aquaz danubij in fluentiū. quem yngari z almani husonem vocant. Ille igitur q lachse vocatur: figurā z colorē hz salmonis. nisi q inferiorē mandibulā ad superius habet recurvam: sicut rostrū aquile curuatū ad inferius. z tñ nō est longior qz superior. forsmie ad hoc parato in se recipit inferiorē. Carnē autem habet nō adeo rubeā neqz ita delectabilem sic salmo. Huso aut est piscis nō squamosus in figura sturionis. sed est pellis albe z lenis absqz omni squama z spina. Et inuenit lōgitudine viginti quatuor pedum qñ pfect⁹ est. z minor inuenit qm qz etate deficit. Nullū os penit⁹ habz. In capite loco spine docti cartilago est. q foras men habet magnū vacuū sicut terebello sit p foratū a capite vsqz ad caudā. z non sunt spine in corpe eius alique. sed spine eius iungūtur cartilagini. Caro eius est in sapore carnis vt tuli in dorso. In ventre est in sapore carnis porcine. z habet adipem intermixtū pinguedini sic porcine. Hunc piscem sturio pfricādo se ad eū agitāt. ita qz sepe simul capiunt. nec alijs aquis inuenitur nisi in his que dicte sunt.



Capitulum. xxxvi.

Ebenay vel Echyni. ysid. Ethenays paruus z semipedalis piscicul⁹: nomē sumpsit ex eo qz nauem adberendo re-

timeat. Ruant licet venti seulant procelle. Na uis tamē radicata in mari stare videt nec moueri: non retinendo s; tantūmodo adberendo. Hūc latini moram appellauerunt. eo qz cogat stare nauigia ipa. ¶ Plinius li. xxij. Deu vanitas humana cum illa rostra nauium ere fers roqz ad ictus armata: semipedalis pisciculus inbibere possit ac tenere: deuincta fert ten uis se. pretoriam nauem anthonij sperant circū ire suos z exhortari donec transiret in aliam. Itaqz cesariana classis impetu maiore pporius eum ptra nst. ten uic etiam nauem Hay principis. Quidamqz exilientes de nauī inuenierunt gubernaculo adberentem pisciculum: ostenderūt Hayo indignanti hoc fuisse quod retineret ipsum cum quadringentoz incederet obsequio remigum. Qui cū eum postea uiderunt limaci magne simle dixerunt. ¶ Idem libro. ix. Hunc arbitratur Aristoteles pedes hē ita posita pinnaz similitudine. ¶ Aristoteles. Piscis paruus in mari prohibet nauem recedere potētia nafali. pluresqz hoies ipō uiuntur in multos ad odiū z amorē. Altilius als simulantur pedibus. nam reuria pedes nō habet. ¶ Ambrosius. Echinus est animal in mari epiguum vile z despiciabile. Dictamē cum ventoz procellam pferit: calculum validuz arripit: eumqz uelut suburrā uehit. z tanquā anchoram trahit. ne excutiat a fluctibz. sicqz q non potest se suis uiribus liberare alieno regitur pondere. quo indicio etiam nauē uelut signum future perturbationis capescūt: z sibi precauent. ne hoc imperitos turbo inueniat. Maximas quoqz naues plenis currentes uelis in medijs fluctibz quasi radicataz sstis: nec sine minere creatoris tantum ei potest supere re uirtutis. ¶ Ex libro de naturis rerū. Echynus est pisciculus spinas habens pro pedibz: sicut cancer. alas autem sub ventre que pedibz assimilat. In ore uero dentium loco graues aculeos. Hoc a uem supra modum mirabile est qz cum sit semipedalis non ulla uolentia sed adhesionē tñ nauem ducentoz pedum cum suis intus ponderibz retinet: ita qz nec ad punctū moueri ualet. Nec est alia ratio in tam stupendo prodigio: nisi qz deus in creaturis p dicitur mirabilis. Piscis iste comedi nō potest: quia hominem a statu dispositōis sue dissolueno mortem infert.

Operationes

¶ Dyascozides. Echini marini sapor eustomachus est. uentrē mollit. z dyascozeticus est. ¶ Pndi coriū crudū miscet uiliter medicaminibus aut sca bjs. ¶ Combustū pō sordida uul-

h
b
l

h ij

D

nera purgat. crescitia q̄ vulnere residere facit.
¶ Plini⁹ li. xxij. Eibenus vel Iebin⁹ guidis ad
alligatus vsq; ad maturitatem continet lubri
cos partus ideoq; asseruatur sale.

¶ Idem quoq; piscis ventrem inhibet. p̄pterea
contra doxicum echini maxime profunt.

¶ Et his q̄ carfati succū biberunt p̄cipue eius
iure sumptio. ¶ Idem etiā ex aceto epinictidas
tollūt. ¶ Echini cum spinis suis p̄russi z e vino
poti calculos tollūt: z als i cibo ad h̄ pficiunt.

¶ Echinorum teste contuse ex aqua illite inci
pienibus pannis resistunt.

¶ Echini q̄ viuētes vsi z in vino dulci potati
profuntia sistant. ¶ Echini cinis cū carnibus
suis cremari cū oleo: alopitias replet.


F

B

J

R

A



Capitulum. xxxvii.

Ezor. Et li. de na. rez. Ezor est piscis
danubij maxim⁹. ita vt vic in bigatra
hi possit ab equis quatuor aut tribus
Unū habet intestinū. ossa pauca z parua i cor
pore cartilaginosa poti⁹ q̄ solida. sed i capite
multa fertur h̄ie ossa. Carnes s̄o fertur babes
re dulcissimas. gustu vel specie carnib; porci si
milimas. Per om̄e corp⁹ lenis est: nec aliquid
asperitatis in corpe vel in interiorib; h;: sed est
mitissim⁹ ac timorosus. quippe q̄ nec a minimo
pisciculo se defendere potest: s; statim agitur
ad fugā. Quic ezor statim vt sentit ad latibula
fugit. q̄ sibi solet ad tutamē in littozib; effode
re. Sed q̄nq; sturio importun⁹ eijcit latitante:
sequiturq; fugientē. z quia magni sunt ambo

nec etiam in validissimis aq̄lis latere po. Inne
discurrendo z ante se aquas agitando. sepe s̄i
mul a piscantib; capiūt. Piscis iste capt⁹ vino
fortissimo vel lacte potat: q; vino inebriat⁹ vide
re potest plurib; dieb; z hoc vt ad remotas ter
ras cibi grā deferat. Bibit autē vini sextaria
quatuor a nteq; inebriet.



Capitulum. xxxviii.

Felchus Foca z Balata. yfidor⁹
Felchus q̄ z vitulus marin⁹ ap
pellatur. Cuiem habet pilosam
albis nigrisq; maculis distinc
tā. In terra pecudū more parit
z nūq; geminis plures educat. fer⁹ etiā lactat
māmis: nec ante duodecimū diē in mare dedu
cit. bis in sono mugitus est. Nullum aial gras
uoz somno premitur. Unde dextris pinnis
quib; vtunt in mari: vim somniferā in esse di
cunt. si cuiusq; capiti subdant. Difficiliter ac
nisi capite eliso interficiunt. De h̄etia animalī
illud mirabile fertur: q; eo mortuo z excoziato
pilus in pelle vbicūq; fuerit naturali quodam
instinctu put mare se habet ita se gerit. Nam
si mare turbatū in fluctus surreperit: z pilus s̄i
militer erectus exurgit. Si s̄o mare pacifica
tū fuerit pilus in planū sternit: sicq; mar; stat⁹
in re insensata z moricina dephendit. ¶ yfido.
Focas siue bocas dicunt esse boues marinos
quasi boacas. ¶ Et libro de naturis rerum.
Foca est bos marinus animal: scilicet in suo
genere fortissimum. animosum. iracundū. non
tm̄ ad alia animalia: sed etiā ad sua demcti

De Piscibus

ca. Semp em̄ cū femina sua pugnat donec eā interficiat. Interfectā at̄ a loco eijcit. 7 sic aliā supducit. nec sic cessat eas feminas supducere donec eū ptingat. ppria morte defungi. vel a femina sua superatū iterini: nec mutat locū suū de facili: s; illic semp manet vbi eū nata condidit. hui⁹ pncie emuli filij rapina viuunt.

Operationes

¶ **Dyascorides.** Coagulus foce marine virtutem habet castoreo similem.


¶ **Apilenticis** pdest. **Puluerū** q̄s sterics. id est. p̄focacionib; matricis bibitum valet.

¶ **Probat** aut̄ an verū de foca sit coagulus: si coagulus agni solut⁹ in aquā vna hora dimittatur. nec se digerat: 7 post hec aqua ip̄a coagulus foce pfundat. nam si ea accepta soluat ver⁹ nō est. **Ver⁹** em̄ accepta aqua nō se soluit.

¶ **Ex li. d. na. rez.** Balata extra mozem omnium animalium cum fetus in aluo suo viuere senserit illos extrahit.

¶ **Et** si q̄dē eos ad vitā maturos inuenerit: foris relinquit. **Sin** autem: eos in matricem vt foueantur reponit.

li. ij. **Sicis** est piscis q̄ colorem suū mutat reliq̄ tpe candida: vere autē varia. **Eadē** sola piscium ex alga nidū facit: atq; in ip̄onido parit.



Capitulum. xl.



Ardus **Gladius** 7 **Blauc⁹.** **Actor.** **Sardo** piscis est flumialis gratissimū saporis. vendesie filis. s; prubore oculoꝝ ab ea discernit. vierq; at̄ mediocris q̄ntitas est. ¶ **Ypsi.** **Gladius** dictus ē eo q̄ rostro mucro nato sit. 7 ob h̄ naues p̄fossas mergit. ¶ **Aresto.** **Hastarios** als **hastarios** id est **gladius** marinus est similis scorpion: et equalis aranee. 7 inducit magnū dolozē piscibus. ideoq; salūt multoties. **Nam** 7 **delphin⁹** p̄ter dolozem salit: qz sub pinna pungit eius aculeo q̄ **gladius** vocatur.

Operationes.


¶ **Plini⁹** li. ix. Est parū aial scorpionis effigie aranee magnitudine. hec se 7 thynno 7 ei q̄ vocat̄ **gladius** cerebro **delphini** magnitudine excedēs: sub pinna aculeo affigit: tan toq; dolore infestat vt naues se penumero exiliant.

¶ **Ypsi.** **Blaucus** a colore dicit⁹ est: eo q̄ sit **albus** **Greci** em̄ **albū** **glaucon** dicūt. h̄ estate raro apparet nisi in nubilo. ¶ **Pli.** vbi s. **Quidam** em̄ pisces estate imparientes sexagenis dieb; mensis latent feruozib; vt **glaucus** et **azellus**.

¶ **Aresto.** **Quidā** etem̄ pisces in cauernis manent in estate sicut **glauco** p̄ sexaginta dies: ac deprehendit post ascensionē canis.

Capitulum. xli.

¶ ¶




Capitulum. xxxix.

Astaleon **Fastes** 7 **Sicis.** **Arestotiles** **Fastaleon** est genus piscis qd̄ solum inter cetera genera gen⁹ suū nō comedit. **Nam** om̄es pisces sese comedūt p̄ter **fastaleon**. ¶ **Jozath** in li. de aialib;. **Fastes** piscis est q̄ cum in ore suo coartat aquā: fit ex eo dulcis. vnde pisces minores sequunt̄ illā in os ipsius ille vero sic eos capit atq; deglutit. ¶ **Plinius**

Capitulum .xliij.


O Amanes et Honger. Alb. li. 8 na. aial. Damanez aial dicitur flumiale. em? feia yagabude dicitur. no sollicitat s; negligit partu. Das aut stat circa eos qs feia pzeneglext rit. Et edificat etia in gyro circa eos lignis ne pateat adit? inimicis piscib;. Et tuc aliqu extra aqua vociferat fortiter: vt aduersantia sibi ter reant? aiala. z si in tali sollicitudine cadit i rbe tia zelo defendede prolis mordens rberia eruo pit non tam fortitudine q; animositate. ¶ In eode libro. Honger vt dicit. Pli. est piscis mag nus atq; robustus q; inimicias z bella habet cu murena z polippo z alijs piscib;. z intantus fortiter: q; polippu laceret dentib; suis.



O Dbi? z Gran? Actor. Bobio e piscicul? flumial? albu: s; nigris maculis resperfus. que qda dicit? vesci cada ueribo. s; a piscatorib; dephedif h eefabulosu. qua pori? dicit? in aq; li qdissima puerfari z pabulo nutriri. i cibo tu vi les ac d;picabiles reputat. q; aq;sa m;me solidi.

Operationes.

A ¶ Ex li. 8 na. re. Bobio piscicul? est forma rotu da squamis puis argeto silito. h vbi aq; areno sas lapillulis in nutrimentu bz accomodatiorz vtiq; cibū pber. ¶ Idē. Gran? est pisc? marin? q; 3 natura omnium aialium vnu oculū i sumo ca pitis bz: q; supintedens semg insidias cauet.




Capitulum .xliij.

H Ami? z Dyrūdo. ysi. Damio pisc? est saxatilis dextra sinistraq; lateri bus r;gis puniceis ppetuis: alijsq; discolorib; designat. z dicit? est hamio. q; nō ca pit nisi hamo. ¶ Pli. vbi s. Amia siue Damiā vocat piscē: cui? icremētū dieb; singlis itelligit cū thinnis: h z palamides i pontū intrat grega tim ad dulciora pabula cū suis queq; dulcib;.



Operationes

A ¶ Ex li. 8 na. re. Dami? e pisc? saxatilis. vt ait ysi. id est lapide gerit interi?. h admodū specio sus e: hñs i vitro q; latere q; r;gulas ppetuo col lore puniceas. reliq; suo corpe diuersis qdem z gratis colorib;. tor? i modū pāni ferici variat?. ¶ Dyrūdo maris silis est aui bui? nois. bec ad



De Piscibus.

modū loliginis in aqua manet vt piscis. ⁊ alas habēs ad amena eleuatur etheris.



Capitulum. xliii.

Linus marin⁹. ysi. Jcin⁹ ab icino terrestri nomē trahit. quē vulgus ericium vocat. cui⁹ testula dicitur spinis aculeata in modū castanea ⁊ qñ adhuc operte de arboribus cadūt. Caro ei⁹ mollis ⁊ minio sillis. Actoz. Jcinus ipse est echin⁹. de q̄ dictū est sup̄ in tractatu de animalibus. ca. lxxvij. Idē etiā videt esse eibonais. licet ysi. de his agat separatim tāq̄ de duobus. Idē etiā dicitur ericinus vel irricius.

Operationes

Ex li. de na. re. Erici⁹ est piscis marin⁹. habēs caput ⁊ os inferi⁹ (vt ait Aristo.) ⁊ exitū superius fluitatū superi⁹. qd̄ est 5̄ morē animalium ceteroz.

Vititur autem spinis loco pedū. Eius anteriora separata sunt. ⁊ inferiora continua. horrore est ceteris piscibus. qz spinis hispida. vnde nō de facili sit vlli piscium preda.

Carnes eius vehemēter rubeae sunt minio si miles. vt dicit Plinius.

Capitulum. xlv.

Alaoz Karkoza ⁊ Kilok. ysidoz. Kalaoz ē piscis maris. specie multiformis. pluuiāqz ceteris piscibus ad viteremediū ⁊ impiguationis iuuamen esse solet. huic p̄ exercitio dat. Nam si multa pluuia fuerit oculis cecatur: ac p̄sequens cū cibum querere non possit: fame morit. Idē. Karkoza


vero est piscis q̄ postq̄ deprehendit: multo viuere temper: ⁊ cibare sepe. qz superius intestina est nidioz aqua.

Operationes

Idē. Kilock est piscis marin⁹ in testa multū aspera latēs. cui⁹ orificiū est in medio corpis.

Sentit at̄ q̄cqd̄ ei appropinquat. ⁊ applicat in lapidibus cū suis pedibus posterioribus.

Anterioribus autē q̄bus p̄ manibus vitis quicqd̄ p̄ eum trāsit. qd̄ nequaquā vincere se posse credit: tumescit: seqz contrahit: ⁊ adheret fortius lapidi cui applicatur.



Capitulum. xlvj.

Rarabo z Kylene. ysidorus. Karabo stercore viuit et luto. Medaturq; cis bo. propter hoc animal ponderosum est. caudam habet laram. et ideo qñ pugnat leuiter se vertit. Duius enim generis monstra fortissime pugnat inter se velut arietes. minis untq; semilitudine socioz aduerse partes. vnde frequenter visi sunt ambulare sicut greges: adinuicemq; bella parari. fiunt autem in aialib; bella quatuor: de ca uis. scz ppter naturalem su pbiam. ppter cibum. ppter coitu. ppter fetum. sicut gallina ppter fetu cum coruo pugnat. z anser cum cornice.

Operationes

- A** Arresto. Karabo sicut z cancer sanguine non habet. durum habet extra z molle intra: nec est nutritibile illud duru. immo recipit ignem.
- B** Accipit autem pisces sicut cancer in pfundo maris cum duob; labijs suis: eosq; i duas partes diuidit: z ad os suu ducit.
- C** Karabo ex piscib; dure carnis mouet cum cauda sua motu veloci sicut motu alaru suaru.
- D** Est aut gen? quoddam ex q generat Karabo: qd est bone carnis anteq; oua ponat: postea fo male. Hoc genus exiit spolum in vere sic serpens. Ita cancer z karabo senectutem exiunt z que mollis teste sunt.
- E** Marinum animal mollis teste karabo coit z impregnat z malakye similiter accidit. Karabo z sibi simile in genere scz animal mollis teste ouant coitu. Similiter est generatio malakye vt sepia: z sibi simile.
- F** Maresq; karabo tm custodiunt oua. malakye aut oua extra. z mas eicit sup feminas sperma. sicut mares piscium sup oua.
- G** Ex libro de naturis reru. Karabo fm Arrestoilem est piscis qui quando timet retrocedit quando vero non timet ambulat ad interius naturaliter.
- H** In eodem libro. Kylon est animal marinum quod contra nature communis ordinem habet epar in sinistro: splen in dextro. Nam i omnibus animalibus terre magnis z paruis est econuerso.

Capitulum. xlvij.

Roky Arresto. Koky est marinum animal: habens dentes acutos. et etiam ponit vnu m super alium. sic enim ges



nus suu diuersatur a generibus piscium. quia pisces habent quidem dentes acutos. z non est in eis animal duas habens acies dentium. Actoz. Koky ipse est felchus. de quo dictu est paulo supra. idemq; vitulus marinus. de quo etiam dicitur infra.

Operationes

- A** Ex libro de natura reru. Koky est animal in terra sicut in mari manens. cartilagosum habet corp? vt sepia. ossaq; minus debito robusta. p infirmitate aliqu cruru vix ambulare possit: scz in pedib; sustentare.
- B** Ambulatio ergo ipsius est potius in vigore spiritus z leuitate corporis q; ex virtute. Dentibus habet acutos valde. caudam parua vt ceruus. renes vt vacca.
- C** Venter eius sanguine caret. quia due vene que ramificantur sup renes vsq; ad ventrem in eis non perueniunt.
- D** Cetera fo corporis mebra sanguine habent.
- E** Hoc animal habet quatuor pedes. z habent inflexiones digiti qñq; in vtroq; pede. figuraq; q; pedis est vt cauda piscis.
- F** In aquis spirare non valet. dormit autem ppe mare super terra. ibiq; fetus suos parit duos aut tres.
- G** Transacto vero die. xij. post partum: sequit fetus matrem sua ad mare: z h multotiens in die vt aquis marinis assuescat. Hoc animal mamilas habet vnde fetus lactet. Vox eius est sicut thauri: maximeq; cu interficitur. difficulter autem interimi potest.



Capitulum. lviij.

Leo marinus. ¶ p̄si. Leo marinus dicitur est a similitudine terrestris.

Operationes

¶ Ambrosius. Leo terribilis est in terris: sed dulcis in fluctibus. Eandem habet dispositionem et virtutem sicut in terra. quare transeo.



Capitulum. lxi.

Lepus marinus. ¶ ysi. Lepus a similitudine leporeni capitis nuncupatus est. ¶ Plinius.

Venena dira non cessant in lepore. & in indice mari etiam tactu pestilens. vomitum dissolutionemque stomachi primum creat. Idem in li. xxxij. Lepus marinus venenatus est in cibo vel potu datus. Nullum est animal quoniam eius tactu intereat. homo tactus ab eo pisces olet et moritur. et lepus similiter ex eo tactus moritur. Sic vterque alteri venenum est. In India non capi viventem affirmant.

Operationes.

¶ Avicenna in li. ij. can. Lepus marinus est animal ostrea tum lutosum declinat ad rubedinem aliquantulum.

¶ Sanguis eius calidus est mundificans pannum.

¶ Caput eius adustum generat pilos in alopecia proprie cum adipe vtili. et in tyria valde.

¶ Gum autem ex eo fit emplastrum sicut est abradit crines et pilos.

¶ Itaque abstergit visum emplastri more suppositum et sic collirium. Plurimum autem inter medicinas venenosas. et interficit eum ulceratione pulmonis.

¶ Plinius in li. xxxij. Leporis marini semina si mulieres grauide aspexerint stomacho nauicante: statim abortum faciunt.

¶ Remedio est mas ob id induratus sale. vti in brachealibus habeatur.

¶ Lepus marinus venenatus quidem est. Sed eius cinis in palpebris pilos inuiles emulso cohibet.

¶ Idem. Lepus strumas sanat: ita ut celeriter remoueantur. Et lepore quoque marino recenti iubent quidam podagram fricari.

¶ Sanguis eius et fel (si necetur in oleo) valet contra carbunculos.

¶ Avicenna in canone ut supra. Lepus marinus est venenosus si de ipso in potu datur accidit constrictio anhelitus. et rubedo oculorum. tussis sicca sputum sanguinis: difficultas urine. Urina violacea et egestio similiter vel dolor in stomacho. vomitus superfluo colore et sanguinis yctericia et angustia ac dolor renum: sudor fetidus. horroz cibi.


¶ Et cum videt eger pisces terretur ab eis: et inuenit saporem fetidi piscis in ore suo. et in eructatione cum faldedine. Plures autem qui ex eo euadunt: in pyrisim cadunt.

¶ Non fert autem eius curationi lac caprinum quod est iuuamentum vltimum.

¶ Lac quoque basinum et lac mulieris ex mamilla. et eius cancri flumalis: et ericius assatus aut sanguis eius fortes autem medicine sunt calamentum flumiale calidum: recens: et sanguis anseris et vrina bois antiqua. et cetera.


¶ Signum vere sanitatis est. quando videns pisces non terretur ab eis: et comedit. Aunquod cadit in pyrisim curetur pyrisis.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P



Capitulum. i.

Leviathan & ludolachra. ysi. Leviathan siue lenim: est piscis serpenus. de q̄ sez sup dictu est in tractatu de aialib. ca. lxxxiij. ysi. Ludolachra e aial nasa & forma mirabile duas hñs alas i facie. duas i dorso: q̄b mirave locitate nitit q̄cũq; volucas eam impulerit.




Capitulum. ij.

Loligo. ysi. Loligo est monstru in q̄ naz tura lusisse videt. Na cute squamosum cu gregib; pisciu maris pfunda scrutat. Cum

autē q̄s fallidierit: leuat se cū aliis pennigeris quas in hillinasa dedit. & cū volucris eibera scandit. Sed q̄ status ventozū sustinere non potest. post modicu vbiuentis pcutit ad aquas redire cogit: & in pfundum relabitur.

Operationes

- ¶ Plinius li. ix. Loligo est piscis mollis sanguine carens sicut sepia. Caput habet etiā sicut & sepia inter ventrem & pedes.
- ¶ Sepie & loligini pedes duo ex his longissimi sunt & asperi. q̄b ad ora cibos admouent. & in fluctibus se velut anchoris stabiliunt. Loligo etiam volitat: extra aquā se efferens.
- ¶ Sepia q̄dem in terreno parit inter arundines ac in alto pseruata: oua edunt loligines.
- ¶ Item loligines sicut & sepie coeunt linguis brachia inter se cōponentes & in contrariū nantes. ore quoq; pariunt.
- ¶ Loligines etiam in litore mire magnitudinis sunt. sed in mari nostro q̄nq; cubitorum nec ossa nec spinas habet.
- ¶ Idē i. li. xvij. Loligo volās signū ē tēpestatis.
- ¶ ysid. Tradit in oceano mauritante tantā multitudinē loliginū ex aqua euolare vt etias naues demergere possint.
- ¶ Phisiolog. Loligo capit aliqui q̄nq; cubitorum. Caput habet inter pedes & ventrem. vlt tra duos annos raro est eoz vita.
- ¶ Aliquod eoz genus asperrimū est q̄ pugnare turmis se munientes stabiliunt.



Capitulum. liij.

De Piscibus

Locusta marina. p̄bisio. Locusta mari-
na iuxta p̄li. q̄tuor bz cubiros i lōgitu-
dine. h̄yeme ledit. autūno z vere pinguefcit. et
plenilunio magi. Exli. de na. re. Locusta flu-
uialis ecōtraria q̄ locusta cāpestris. pedes an-
teriores bz lōgiores: nec rumiari anteriori pte
f̄ic̄ aialia cetera. s̄z ad posteri. s̄z i extremo sto-
machi sui cū dētibz in ventre sibi berentibz.

Operationes


Pli. lib. ix. Locuste pisces crusta fragili mu-
niunt. in eo ḡne q̄ caret sanguie latēt mētibz
dnis. Silit̄er z cancri q̄ eodē tpe occultant.

Quāto a m̄bo vers principio senectute in more
anguiū exēit. renouatiōe sergoz. Aeterum in
vndis natāt. locusterepta n̄tū more fluitant.

Si nullus ingranat metus recto meatu
cornibz. q̄ sūt rotūditate p̄pilata ad latera por-
rectis. z eis dē erecti in pauore. oblique in late-
ra pcedant. Cornibz inter se dimicant.

Quātū ar̄ b̄mōi locuste in petrosis loc. In
indico mari locuste quaternaria cubita implent.

Polippū infantū locusta pa uer: vi si iuxta vi-
derit om̄ino moriat. Locusta q̄z conger inimi-
cus lacerat z perimit.



Capitulum. liij.

Lucius. Actor. Lucius est piscis fluuialis
ore lato z dētibz acutissimis. minorz pis-
cū deuorator. cui tñ perca squamis z brāchijs
asprimis armata resistit: vi non ei p̄ualeat. nec
dētibz ei p̄da fiat. Uescit aut̄ lucius venenosis
vt bufonibz z b̄nōi. z tñ infirmis dē esse i cibo
san. Si qm̄ nassa in q̄ inclusus fuerit. ex aqua

lessata lucē diei viderit. raro vel n̄m̄q̄ accidit.
vt postea diutius remaneat. sed quesita sibi via
euadit.

Operationes.

Exli. de na. re. Lucius est piscis q̄ z lupus aq̄tilis
appellat. Dic si fluuiales aq̄s cibūq̄ p̄ vita sus-
ficiētē habuerit p̄ successus tpm̄ in lōgitudinē
maximā eualescit. Tibz ei sūt pisces. z q̄c̄quid
ranaz more rept. piscē ad magnitudinem p̄e-
sui comedit.

Mā vbi victū subegerit: caput
p̄ma ore deuorat. q̄ digesto paulatim addit ses-
quentia: donec totū sumat. Pari q̄z generis
sui p̄cere recusat. vel ob naturalē crudelitatez.
vel qz au id est cibi: rapineq̄ impatiēs. Nam
z p̄p̄a semina p̄sc̄q̄ vbi piscis forma susceperit.

Quātū ar̄ piscis q̄dā b̄n̄s acres squamas z pinnu-
las acutas. quē si lupus aquaticus p̄ caput ap-
prehēderit cito transglutit. Si p̄o a pte caudē
nō potest qm̄ incōtrarium asperari gescunt.

Lucius in cerebro lapidē cristallo siles gerit:
s̄z b̄ cū euū in longū duxerit. Impregnat hic
piscis vt dic̄ Aristo. flante vento septentrionali
silit̄er z pisces q̄ in lōgitudinē eualescūt. semina
pregnās aquas ascēdit: q̄nto p̄t̄ remori a lo-
co suo in q̄ habitare p̄suevit. Ibiq̄z oua parit:
vt filij sui nō sint ei impedimentū p̄ede.

Quātū hoc p̄pter crudelitātē naturalē: vel p̄pter
cibi rapineq̄ inuidiam.

Alij dixerunt qz ascenderet p̄pter dulciorem
aquā. qm̄ aqua tanto semper est dulcior: q̄nto
fonti primior. Lucius tante auuditatis est vt
piscem quē totū q̄ntitas eius deglutire nō sus-
tinet dimidiū incorporet.




Capitulum. liiij.

Lupus marin⁹. ysi. Lup⁹ a velocitate appellat. in q̄ lup⁹ terrestri assimilatur. qz scz impo⁹ba voracitate alios psequit. Est at pisc⁹ captura ingeniosus. Ma⁹ z rheti circūdat⁹ fert arenas arare cauda: z ita cōditus trāsire rbete. Plin. li. xxxij. Lupus marin⁹ in p̄uidendo min⁹ habet solercie: s; magnū robur in penitēdo. nā vt beferit in bano tumultuoso discursu lap⁹at vulnera donec excidant insidie.

Operationes.

- A** ¶ Idē li. ix. Pregelidā hiemē oēs sētiūt pisces: s; marie q̄ lapidē in capite existimāt hie. vt in pi z pagri. Lūq; aspere fuerint hyemes multi capiūt ceci. Lupo⁹ sō sūt laudatissimi q̄ appellat lanati. cādoze mollicieq; carnis. meliores sūt lupi i amne tyberi iter duos pōtes q̄ alibi
- B** ¶ Piscium lupus bis in anno parit. Figid⁹ est actor lupū mugili caudā prerodere eosdēq; mensibus stans concordēs esse.
- C** ¶ Idē in libro. x. Produuntur vt dictum est mugil z lupus clarissime audire.
- D** ¶ Idē in libro. xxxij. Tradit etiā Ouidius lupum rheti circūda: um: cauda arenas arare atq; ita cōditu mtra nsirerbete.
- E** ¶ Aresto. Lupi marini cum intrant pelagus postea redeunt z ascendūt superi⁹ magna velocitate sicut delphinus. Omēs aut lupi magnorum corporoz anhelant aerem attrahentes.
- F** ¶ Ambrosius. Lupi deniq; in mari sunt tene ri quos nescit agnus timere. Et fm ysaiam simul pascuntur lupi z agni.



Capitulum. lv.

Megar. Dilag⁹: z Bilu⁹. Ex li. de na. re. Megaris ē pisc⁹ marin⁹ dua rū palma z lōgitudinis. vtilis habet in partib; in q̄b; capitur. sed cū ad remotiora salus reducitur: raritas ei⁹ p̄ciū facit. Recenter tñ capt⁹ z sine sale delicatiorē cibū edēb; facit. Est aut (vt fert) nociu⁹ p̄cipue febricitantib;. Unde poeta dicit. Et megaris notius omnis erit. Jozarb vbi s. Dilago cū ei⁹ pulli volant significatio est sup tempestatē maris. ysid⁹ Dilago piscis est sic nominat⁹: qz sup aquas euolat. Quorrens autē cernit extra aquā volitans tempestates mutari designat.

Operationes

- A** ¶ Ex li. d na. re. Dilago volitat sup vndas in signū leticie: qz cessauit tēpestas. h̄ cōtra morē alioz piscū z mōstroz marinoz q̄ oriente tempestate vident quasi sup aquas ludere.
- B** ¶ Plin. li. ix. Bilu⁹ subit in sūma maria piscis ex argumēto appellat: lucerna: linguaq; ignea p os exerta tranquillitas noctib; relucet.
- C** ¶ Atrollit e mari selquipedalia fere cornua. ab hisq; nomen traxit.




Capitulum. lvj.

Megilus. ysid. Megilus ex eo nomen habet qz sit multū agilis. Nam vbi dī spōsitas sēserit piscatorum insidias confestim retrosum rediens. ita rhere tran silire vt volare piscem videas. Plin⁹. li. ix. Dugis

lum natura rideſi metu capite abſcōdito: ro-
 eos ſe occultare credētiū. iſdē tñ tanta facili-
 tas: vt i fenice z narbonēſi puincia coit⁹ tpe
 e vñarijs mare linea lōgic⁹ p os ad branchi-
 as religata emiſſum in mare. eo dēqz linea re-
 tractū. femie ſeqñt ad lit⁹: rursuſqz feiaz ma-
 res ptus tpe. In narbonēſi puicie: z i nemu-
 ſienſi agnoſtagno. ſc3 laterna appellato: vbi
 boies delpbini ſocietate z mugilū piſcāt. mu-
 gilus z lupus odio flagrāt mutuo. **Dugileſ**
 alioz piſciū vim timētes ſup naues exiliūt:
 z tā p̄cipue velocitat⁹ ſunt vt trāſuerſa nau-
 gia interim ſupiacent. ¶ **Idē li. xxxij.** **Dugil**
 ſcit i ſca bamū eē: atqz inſidias nō igno-
 rat. tāta ē ei quiditas vt cauda p̄berando ci-
 bos excutiat. ¶ **Jorath.** **Dugilus** ē piſc⁹ ve-
 lociſſim⁹ i aqz ſumialib⁹ ſ3 naturalit̄ incaut⁹
 nā deridet ei⁹ ſtulticia: cū in metu capite ab-
 ſconſo: totū corp⁹ abſcōſu⁹ ac ſecuz credit.
 hic cū lucio inimicitiaſ h3 byeme tñ. z hmōi-
 cā credit qz tūc rar⁹ ē cib⁹ p̄ q̄ dimicāt. **Eſta-**
te vero abūdat: z ideo ad p̄cordiā redigunt̄.

Operationes


¶ **Plinius libro. xxxij.** **Linia** e capite mugil-
 lum z mulozum ſciaticos liberat



Capitulum. lviij.

¶ **U**s marinus. **Duſculus** z **Duſte-**
la. **Duſ** marin⁹ ad terras exiit: ibiqz
 foſſas faciēs oua parit. ac rursus ter-
 ra obruit. poſt triceſimā p̄o diē rediēs itez
 foſſas aperit: z fer⁹ i aquā ducit. hoz fetus in-
 ter initia viſu carēt. ſicut fer⁹ oīm fere aquati-
 lū. ¶ **Idē.** **Duſcul⁹** dicit⁹ ē: eo qz ſit balene ma-

ſculus. **Eius** coitu hec belua cōcipe p̄hibet
 ¶ **Sūt** aut̄ muſculi cochlee qz lacte cōcipiūt
 oſtree. ¶ **Pl. li. ix.** **Amicitie** ſunt et̄ epla muſ-
 ſcul⁹ z balena. **Quōqz** p̄ grani ſupcilioz pon-
 dere obrutis ei⁹ oculis inſtantia magnitu-
 dinē in vada p̄natās demōſtrat. oculoꝝ qz vi-
 ce fungit. ¶ **Idē li. xi.** **Duſcul⁹** marin⁹ q̄ ba-
 lenā antecedit nullos h3 dētes: ſ3 p̄ his ſetas
 int⁹. ob id etiā hiriſurā dicit̄ appellatā ¶ **Idē**
 in li. ix. **Duſtele** piſces mēſe deputāt qz in-
 ter alpes lac⁹ rechie bigrātinus emulas mu-
 renis generat. ¶ **Ariſto.** **Duſtela** ſic delpbi-
 nus z foca viuos fetus de corpe ſuo edūt: et
 cū partus ediderint ſi erga ſuos caulos inſi-
 dias quēqz molliri p̄ſenſerint ipos tuent̄ eta-
 tis tenere pauozē affectu materno cōpmūt:
 oraqz aperiūt. z innoxio dente part⁹ ſuos ſu-
 ſpendūt **Interno** qz corpe recipe ac genit̄ ali-
 aluo ferunt̄ abſcōdere donec ad illos ſecuri-
 tatē deferāt. aut ſui corpis obiectu defendāt




Capitulum. lvij.

¶ **U**rix. **Idē.** **Durix** eſt cochlea ma-
 ris ab acumiē z aſperitate dicta. que
 alio noīe conchiliū dicit̄: eo qz circū-
 ciſa ferro lachrymas purpurei coloris emit-
 tat. ex qbus purpura tingit̄. z inde oſtruz ap-
 pellatū ē. qz hec tinctura ex hūoze teſte elicit̄
 tur. **Durianus** autē tradit muricē echineū.
 ¶ **Pl. li. ix.** **Durices** conchemarine ſunt q̄
 latent circa canis ortū tricētis diebz: z ſtat u-
 to tpe exiūt p̄cioſuz liquozē tingēdis veſtib⁹
 in medijs faucib⁹ hñt vtilē. **Sed** iſ color in
 ſola vena cādida reperit̄. **Reliquū** p̄o corp⁹
 ſterile eſt. **Quis** qz tñ hic color exprimitur:

q̄ morientes cū vita succū euomūt. nō habēt
 īpericū os neq̄ rotundū ne in angulos p̄des
 n̄te rostro sed ad conche modū vtroq̄ late
 re claudīt. ¶ Idem in eodē. Aīatia marina q̄
 sūt dure teste vt murices: aut purpure salu
 ario lentiore pueniūt (sicut a crescēte humo
 re culices) atq̄ spuma maris incalescente cū
 admissus est imber. Et he pariūt in vere.

Operationes

A ¶ Plini⁹ li. xxxij. Duricum teste cinis vtili
B ter cū melle illinīt vlceribz capis. ¶ Idem q̄z
 cinis bonū est dentifriciū. Et maculas purp
 gar in facie mulierz cū melle illinitis. cutēq̄
A erugat. extenditq̄ septenis diebz illit⁹: ita vt
 octano candido ouoz foueat. ¶ Idē ex oleo
B valet ad parotidas z strumas. Pannisq̄z res
 stit vtroq̄ modo. siue opus sit incipiētes dis
 currere: siue cōcoctos emittere. ¶ Itē muri
 cū cinis cū oleo tumores tollit. Amisq̄z testa
 rū eaz melle māmas mliēz efficaciter sanat.




Capitulum. liē.

A Arena. Ysido. Durenā greci mīres
 nā vocant: eo q̄ plicet se in circulos
 Hac feminini tm̄ sexū tradūt z a ser
 pente p̄cipe. Ob id a piscatoribz tanq̄ a ser
 pente sibilō euocat z capis. Yctu fustis diffi
 culter interimīt. Ferula vero prin⁹ aiām eaz
 habere in cauda certū est Nas capite p̄cusso
 vix interimīt. cauda statim exanimat. ¶ Plī.
 li. ix. Durenā est piscis longus molli cute
 intectus. hyme latet. Nec capis nisi diebus
 estas. sicut conger z oēs saxatiles. Exit i ter
 rā sicut polippus. huic emulat mustela Qui

busdā piscibz date sūt pinne vice pedū. Qu
 busdā vero nulle sunt vt murenis. quibz nec
 bzanchie. hec flexuoso ī pulsu corpoz ita mā
 ri vtunt: vt serpētes terra. in sicco q̄z repunt
 Durenā q̄cūq̄ mense parit: cū ceteri pisces
 statuto tpe pariāt. Quā ei⁹ citissime crescūt.
 In sicco litore elapsas vulgus coitu serpen
 tiū impleri putat. ¶ Ex li. de na. re. Durenē
 sicut dicit Plini⁹ libēter se tenēt inter barā
 dines z ligna: vt si forte rberi p̄cludant flexū
 multiplici euadāt. Deē morium venenosum
 hūit: sed capitis eoz mōde cinere morus sanat
 Periculosus est eas in cibū sumere: nisi pus
 in vino optime ac dūrtissime decoquant. et
 speciebz aromaticz marieq̄z pipere cōdiant.
 venenoso nāq̄ abūdat humore. vñ nec de fas
 cili cedūt coctioni. Itē murenā iuxta Basī
 liū. vipera ex aq̄z in sicco euocat ad coitum.
 ¶ Jozab vbi. s. Durenā nō a suo fili s̄ a ser
 pente sibilō ad focū euocata p̄cipit. nec ali
 qd̄ tñ serpenti s̄ sibi sile gignit. ¶ Ambro. Vi
 pera quidē ad lit⁹ maris sibilō murenā euo
 cat venenū suū vomit. Illa statim venit et cū
 eo coit: z post vipera venenū suū resumit.

Operationes

¶ Plini⁹ vbi. s. Durenē morus capis ipsi⁹
 cinere sanat. ¶ Lichenas etiā z lepras soluit
 murenarū cinis cū teroīs obulis mellis.




Capitulum. lx.

A Ulripes. Ex li. de na. re. Ulripes
 piscis marin⁹ est. a re nomē hz. hūc
 pedes a latere p̄cedūt In hyme coit

De Piscibus

z inter ceteros pisces sibi nidum ex furculis
 pstruit. p duos mēses ouat. z hoc vñ ouum
 tm̄ ad instar nucis paruū. Femia p q̄dragin
 ta noctes sedet: z ouū a se editū fouet ex q̄ fi
 unt pisces innūerabiles. Qd̄ si nō eēt: multū
 eoz gen^o decreceret. qz seipos inuicē consu
 mūt. z multe comestiois sūt. Multipes astu
 tia magis q̄ fortitudie vincit karabo mon
 strū marinū qd̄ validū est ac robustū. Quis
 victorie signū. nā simul capti in rheti repiunt
 Karabo frequēter mortu^o inuenit aut letali
 ter vulnerat^o. Est etiā quoddā gen^o multipe
 dis naturaliter astutū qd̄ in aqua supnatat z
 dorso testā ad solē ponit vt deficet ac durior
 fiat. sic vt salas maris aq̄s z aduersa scopu
 loz pativaleat. Actor. Multipes ipe ē po
 lippus iuxta Pliniū. de q̄ pleni^o iferi^o dicef.



Capitulum. lxxj.

Mulus vel Bullus. Ex li. de na. rez
 Mulus est piscis marinus (vt ait Pl
 nius) modice quāritatis gratia no
 bilitatis in elum tm̄ datus nobilib. Rarissi
 mus tm̄ est quē septētrionalis tm̄ gignit oc
 ceanus. Hoꝝ tm̄ genera plura sunt. Quidaz
 alga z ostreis ac limo ceterozūq; pisciū car
 nevescunt. Nobiliores aut in inferiori labio
 vellabzo gemina barba insigniunt. victusq;
 eoz est qd̄ iuxta ripas aeris serenitatē pere
 uerit. Mulum nobilē expirantes numerosa
 colorū varietate spectari proceres gule nar
 rant. Seneca de naturalibz questioibus li
 bro. vii. Incredibilia sicut iam super^o dictū
 est sunt opa luxurie in cubilibz piscens natant:
 z sub ipa mensa capif qui statim in mensam

transferatur. Paz recens videt mulus nisi q̄
 in cōiue manu moꝝit. Obseruat moꝝientū
 color: quē in multas mutationes moꝝis ipsa
 luctante spiritu vertit. Ruboz p̄mūz: deinde
 palloz suffundit. longa somniculosa inertiq;
 luxurie expectatio. Nolunt attingere nisi eo
 dem die captū: qui ipm̄ (vt aiunt) mare sapi
 unt zc. **M**fidus. Mulus vocatus est: eo
 qz mollis sit ac tenerimus. cui^o cibo tradit
 libidinem inhiberi: z oculoꝝ acie hebetari.
 hoies vero q̄ his sepe pasti sunt piscem olent
 mulo in vitio necato. qui inde biberint tedi
 um vini habet. **A**lexander. Mulus bonis
 fimo delectatur adeo vt in ipo iaceat: z tūc
 cturam caro piscis ex fimo mutuetur.

Operationes

Plinius. Mulus cōtra pastinacas z scoꝝ
 pides terrestres siue marinos: z dracōes at
 q; spalangia prodest illit^o: aut in cibo sup^o.
Aiusdēq; recentis a capite cinis p̄tra om
 nia venena valet. Et p̄uatiū cōtra fungos.
Iterū cinis e capite multoz atritos scia
 ticos liberat. **A**oburuntur autē in vase ficti
 li z cum melle debent illiniri. **M**ulos aut
 in cibo inutiles neruis inuenio. **E**oz quoq;
 cibo tradit oculoꝝ aciem hebetari. In mē
 struis vero muliez auxiliat mulus. Inueter
 rati muli z in potioe triti vomitioes p̄citant.
Muloꝝ salamenti cinis carbūculos d̄if
 cutit. Mulus aut in vino necatus (vt dictū
 est) his q̄ biberint inde vini tediū afferunt.

A
B
C
D
E



Capitulum. lxxj.

Tractatus

Monachus marin⁹ et Monoceron.
 Ex li. de na. re. Monachi maris di-
 cti sunt: qz caput hñt vt monachi res-
 center rasi coronã desup rasi: z cãdida. z cir-
 culũ in modũ criniũ sup loca auriũ. faciez tñ
 nõ habet in toto si: nilẽ homini: qz nasum ha-
 bet pisci similit. z os naso cõtinuũ. Ceterũ in
 inferioribz habet formã piscis. hoc monstrũ
 hoies sup ripas maris ambulãtes libẽter al-
 licit: z cozã eis sup aquas ludit: qz si hominẽ
 admirantẽ ppinquare viderit appropinquat
 z ipẽ. z si dat facultas hoiem rapit z traucit
 in pfundum: sicqz carnibz eius satiatur.

Operationes

In eodem libro vt supra. Monoceron est
 monstrũ marinũ: habens in fronte cornu ma-
 rimũ: quo naues obuias penetrare possit: ac
 destruere z hominum multitudinem pdere.
Sed in hoc pietas creatoris hũano gene-
 ri puidit: quia cum tardum animal creatum
 sit: naues eo viso possunt effugere.



Capitulum. lxxiii.

Arcos. Nautilos z Rubes.
 Isidorus. Marcos. teste Aris-
 to: tantẽ pcuris est piscis vt me-
 diante lino z calamo ad manũ
 piscatoris bamũ tenẽs accedat
 stupor: z insensibilitas: imo z totus corp⁹ stu-
 pefacit. nisi citi⁹ bamus deiciat. Inde est qz
 etiã stuposifera vt papauer z hmõĩ cetera di-
 cunt narcotica. **Plini⁹ lib. ix.** Nautilos qz
 ab alijs vocat pompilos inter p̄cipua mira-
 cula maris cõputatur. Nã supinus in summa

equorũ puenit. ita sepaulatim subrigens. vt
 emissa p fistulam aqua velut exoneratus sen-
 tina facile nauiget. Postea prima duo bras-
 chia retorquens membranã inter illa mire te-
 nuitatis extendit: qua verificante in auras
 ceteris brachijs subremigans media cauda
 vt gubernaculo se dirigit: ita vadit alto lus-
 burnicarũ gaudens imagine. si qd pauor⁹ ins-
 terueniat hausta se mergens aqua. **Ex libro**
de naturis rez. Rubes fm Aristo. est piscis
 in aqua viuens applicatus ad petras. Aqua
 non descendit nec separat: nisi p attractionẽ
 inspirationis concitus.



Capitulum. lxxiiii.

Freides z Orcha. Isidorus. Nerei
 des sũt belna marine toto corpẽ hir-
 sutis hispide. Habẽtqz speciẽ aliquã
 formatã cũ homine. Dorũ aliqua cũ mor-
 talis pditionis imitãt: emortz debet. audy-
 tur procul gemit⁹ eius ac planctus. De his
 plenius dictum est superius in cap. Balena.
Ex li. de na. re. Orchũ monstrũ marinũ est
 (vt ait Plini⁹) ei imago nulla potest expmĩ
 rẽpẽtatione: nisi qz sit mollis carnis imen-
 se. hec balenas graui odio pseqtur: dentib⁹
 truculẽtis secreta feminaz irrupunt: ac mor-
 su lacerat. Ille vero ad flexũ imobiles: ad re-
 pugnãdũ inertes: põdere suo onerate ac pin-
 nis inualide. Solũ nouerũt auxiliũ in altis
 mare refugere: seqz toto oceano defendere.
 Ecõtra vero orche in malicia p̄ inaces labo-
 rãt fugiẽtibz occurrere: z incautas angustijs
 trucidare: inuada vgere: saxis illidere zc.

De piscibus



Capitulum. lxxv.



Rbis. **I**si. **P**rbis dicitur est a figura. s. q. rotundus est. z totus in capite pstat. **P**li. li. xxxij. Durissimū esse pisciū pstat enī q. orbis vocat rotundus sine squamis.




Capitulum. lxxvj.

Ostrea. **E**x li. de natura rer. Ostrea; vt dicūt Ambrosi^o z **I**si. Cumq. testas aperit vt clementioris aure delicis gloriat. Sed cancer insidias ei repentinas pten dit. z lapidē inter ei^o testas projicit: ne illas cōiungere possit. z sic ostree carnes coz

rodit. ostreū siqdē in siccū vl in sicco iacens. iam vt in domo conchas tpe accessiois maris aperit. **I**si. Est aut in ostrea p̄ciosissima margarita naturaliter infixa q̄ maris aqua i ea solidat. Que etiā difficile apud reges inuenit. z in litoribz q̄si vilis iacens: avulgo sapris asperis z cauteribz colligit. **P**li. lib. ix. Silicea testa inclusis fatēdū est nullū inesse sensum vt ostreis putrescēte limo. pueniūt ac spuma circa nauigia diutius stantia defixos qz palos z ligna. Super cōpertū in ostrearia bumore fetificū effluere in modū lactis.

Operationes

Ostree peculiariter ptra venena lepori marini aduersant: eisqz mensaz diuitū palma tri buit: stomachū reficiūt: fastidijs medentur. **A**dditqz luxuriā frig^o obzycis niue: sūma montiū z maris yma miscēs. **A**luum leniter emolliūt: coctaqz multo renalmo q̄ sine exulceratiōe sit liberāt. **V**esciaz etiā vlcera res purgāt. **D**octa p̄o in conchis suis sicuti venierint clausa mire distillatiōibz p̄sunt. **D**orū teste cinis yuā sedat: z p̄illas admixto melle **A**risto. Est at piscē de genere ostree. i. teste dure: q̄ cauda natat z reptit. **D**yal. Ostree porphire vnde purpura tingit cochlee sunt q̄ vste desiccatiue p̄tutes sunt q̄bz z ceteraz cochleaz p̄tute sunt siles. **M**ā z ego eis vsus sum in ramatica z diurna z q̄ difficile p̄carnant vulnera z caua: et nimis p̄funda. quas vltas apposui cū adipe veteriz butiro nouo.



Capitulum. lxxvij.

A
B
C
D
E
F
G
H



Pagrus. Sauf. Pectine & Perca. **P**si. Pagrus piscis est que greci pagru ideo nuncupant: quod duos dentes habeat: ita ut ostreis in mari alaf. **A**cto. Pagrus & ipse est dentic. de quo dictum est superius. **P**linius libro nono. Omnes quidem pisces pregelidam hyemem sentiunt: sed maxime qui lapidem habere in capite estimant: ut lupi & pagri. **L**ungis asperes fuerint hyemes: multi ex eis ceci capiunt: sicut de lupo marino dictum est superius. **E**x libro de naturis rerum. **P**auus maris dicitur est a passione volucris: quoniam similis est ei in coloribus. **D**orso enim & collo pictus est colore diuerso. **I**n eodem libro ut supra. **P**ectines maris armantur vnguibus: lucent in tenebris ignium more. **I**n magnis frigidibus & magnis aestibus reconduntur quia temperantia aerem eos habere oportet ut viuant: cum excessum passionum in elementis vngues eorum non pati valeant.

Operationes

- A**ristoteles. **A**ialis marini quod dicitur pecten pedibus si quid appropinquauerit oculum subitito claudit.
- P**linius ut supra. **P**ectines sponse nature harenosis proueniunt.
- A**cto. **P**erca est piscis pluuiialis varij coloris cursiuelocissimus squamis & pinnulis acutis & asperrimis armatus: quibus etiam se defendit contra pisces maiores ne predantes eam inuadant pre ceteris piscibus fluuiialibus & stagnensibus in firmis in cibo precipue conuenit.
- A**lexander. **P**erca videns sibi lucum immingere bozet pinnis: & sic euadit.



Capitulum. lxxviii.

Plataniſte et Perna. **A**lbertus in libro de naturis animalium. **P**lataniſte ut dicit **P**linius. belue sunt marine: que gange fluuiio **I**ndie nascuntur et in mare veniunt. **E**t rostrum habent delphini. et caudam habent cubitorum sedecim longitudinis. **H**is socijs sunt belue: quos statuas vocant brachia bina habentes: quibus tanta inest fortitudo ut elephantes in aquam intrantes infestet: & eis permuscidas abrupat. **E**odem libro ut supra. **P**erna animal est marinum de genere concharum. **E**t est croceum valde magne quantitatis existens. intra ipsas vestitur vellere vulno & nitido valde preciosos: et fiunt inde ornamenta vestium & peptorum preciosas.



Capitulum. lxxix.

Pistris. **A**lbertus in libro ut supra. **P**istris animal est marinum magni valde ut dicit **P**linius. **I**n oceano gallias attingente aliquando inuentum. **A**liquando se offert mare in modum altissime columne intra vela nauigantium apparens. et aquam ingentem spargit: ita quod in pauorem vertit nauigantes.

Capitulum. lxxx.




Pinna et Ploys. Plini^o li. ix. Pinna est piscis concharum generis. nascitur in limosis subiecta semper: nec vnquam sine comite: quem pinnocherem vocant. Alij pinophilacem: id est suilla parua. alibi cancer. dapis affectator. pandit autem se luminibus. orbem corpus intus minutis piscibus prebens. Assultant alij prius: et vbi licenti^o audacia creuit implent eas. Et illa ore compresso. que quid concluserit examinat. partemque socio tribuit. Quo magis miror existimasse quosdam aquatilibus nullum inesse sensum. Ex libro de naturis rerum. Pinna de genere concharum est: corpusque rotundum habet. Mas et femina socialiter ambulat. aperit pinna conchas suas ad lunam: sequitur paruis piscibus offert quasi mortuam. Qui prius exultantes vbi licentius (sicut dictum est) audacia creuerit implent eius conchas. Porus vero pinnam se plenam sentiens apprehensum quecquid incluserit examinat. Actor: Ploys est piscis notus et versat^o apud nos. scilicet et bicolor. Nam ex vna parte albus: ex altera niger. De quo sicut de pluribus alijs nihil in prenomminatis autoribus repperi: nisi forte alijs nominibus vocentur ab eis que a nobis.

Capitulum. lxxi.

Porcus marinus. Isidorus. Porcus marinus est qui vocatur suillus. quod dum escam querit: more suis terras sub aquis fodit. Circa guttur enim habet oris officium. et nisi rostrum harenis immergat passum non colligit. Ex libro de naturis rerum. Porcus maris est piscis edibilis porci terre-

stris ex magna parte similis. Nam et caput habet similitum: et membra in corpore. costasque simili modo dispositas. Nota fere caro eius in pinguedinem transit. Lingua eius absoluta est ut porci: sed voce differunt. In eius dorso quedam spine sunt venenissime habentes: et punccionibus suis valde cruciantes. Sed fel eorum puncturis remedium est. Plini^o li. xxxij. Inter venena piscium sunt porci marini. spine in dorso cruciatu magno lesozum. Remedio autem est lim^o ex reliquo corporis piscium eorum.





Capitulum. lxxij.

Tractatus

Polippus. Aresto. Polippus huiusmodi iuuu-
me squamositate pedum. p illa enim inuol-
uit omne quod sibi appropinquat. Nial tñ
hñs sanguine huiusmodi cerebri. Debra veteri in se-
pia et multi pedes siliasunt i figura et tactu que
et comedit aggregat i cauernis ubi manet.
Et postquam omne idoneum sibi comederit. tunc re-
stas residuas et cortices cancroz emittit. Du-
rat color eius et colore lapidum que sunt prope illum fit
colorat quod ei accidit cum timuerit. Ex lib. de
na. re. Polippus est piscis tantam huiusmodi virtute
in brachijs: vt nautas aliquando de nauis incaute
stantem rapiat: et i mare trahat: eiusque carnis
homo satiet. Carnibus enim libenter vescitur. supinam ad-
heret scopulis: et auelli nequit. cui si fetidares
admota fuerit: ab eius odore prinus resilit. Hi
in mari iuxta venetiam frequenter iuisunt. Item
polippi siue multipes verso in terram capite co-
eunt. oua atque tam multa fecunditate faciunt: quod
homo occisi testa capi non potest. superque sedentes et
incubantes quasi cancellat brachijs camera fa-
ciunt. Item polippus vel multipes cornu cerui
vel storacis sicci fumo deludit et dephendit. quod
diligenter ipse. et ob hoc intrat vasa venantium. Et
ipso etiam affato i hamo posito venatores mul-
tos capiunt pisces. Polippus et karabo. si simul
irriti fuerint: karabo mortuus inuenitur. Item dicitur
quod cum ouant nascuntur: et mares et femine debilitan-
tur intus: vt a piscibus paruis comedantur: et i ca-
uernis facile dephendunt. quod tamen non accidit iu-
uenibus et pueris: imo fortiores sunt magnis. Item
in hyeme coeunt. in vere autem ouant siue pariunt.
Caput maris longius est capite femine.

Pungitius. Ex li. de na. re. Pungiti-
uus vero est omnium fere piscium minimus
quibusdam spinis sine nomine sui pungens
Has in eis circa fauces rubeus est. Femis
na vero illa rubedine caret. Ambo homo macu-
lis nudati sunt. Dos vulgaris opinatur sine semi-
ne in aquis crescere. et quod mirabilius est: alios
etiam horum semine propagari. Vnde et hunc piscem ma-
re piscium vocant. Dicitur enim si stagnum nouum fi-
at: nullusque piscis immittatur. Dos piscium
los anno primo in eo inueniri. et anno secundo di-
uersi generis pisces ex eisdem propagari.



Capitulum. lxxiiij.

Capitulum. lxxiiij.

Purpura. Ex libris de naturis rerum.
Purpure sunt conche marine que ver-
no tempe congregantur: et attrite li-
quoresque saluant. Similiter et murices cir-
ca canis ortum tricenis diebus. Purpuraque attri-
tu lentore cuiusdam cere saluantur similiter et mu-
rices. Purpuras ac viuas capere ostendunt:
quod cum vita sua succum illum enomunt: et ma-
ioribus quidem conchis detracta concha auferunt.
Minores vero cum testis frangunt: ita des-
sumuntur eum excipientes tyri lingua purpure
longitudine digitali: qua pascitur pforando
reliqua conchilia tantum aculeo duricia. Aqua
dulci enecantur: et sicubi flumini immergun-
tur. Alioquin capte etiam diebus quinquagenis
vivent salina sua. Horum piscium conche infra an-
num magnitudine implent: quod si ante in crescendo
transcurrat: vnum libidinis auferit: nec ultra co-
ire potest: vt in tempe preciosum liquorem pariant.
Unde summa diligentia primo anno detrahunt

De Piscibus

tur eis conchevel pfringunt ne crescāt. Hoc liquor e vestis purpurea tingi solet. q̄ color nigricatis rose more subluet purpure (sm Plinium) fetidis odoribz capiunt. et cū semines ces fuerint mari redite reuiuiscunt.

Operationes


Plini⁹ li. xxiiij. Purpure ptra venena profunt. Horū teste cinis vtiliter cū melle illinif vlceribz capitis. **I**dem quoqz cinis cū melle efficaciter sanat mulieruz mamas. pannis etiam insistit vtroqz modo. **I**dem cinis sine opus sit incipietes discutere sine coccos emittere. Purpuraz sine muricū minora genera sunt efficaciora. z oris balitū custodientia. **D**yaforozides. Purpura maritina z blata appellatur: qz quasi blitula sanguinis apparet. **H**ui⁹ virtus sicca est. vnde vulnera putrida gingiuaz in puluerē redacta z imposta purgat z cicatrizat. **E**t si in eis mala caro supercreuerit: puluerizata adhibita depascit eam z extirpat. hoc et eius vngule combuste faciunt. **E**dem vngule z cooprozuz conchilij albū fumigata castorei odorem habent: ac fumigatione sua stereticis offocationibus laborātes liberāt. **A**pilenticos curāt. bibita ventrē mouent. Conchiliū ipm cōbus sum omnia supradicta nouit facere.



Capitulum. lxxv.

Rayte z Raba. Ex libris de naturis rez. Rayte que rabis gallice dicuntur: est piscis maris inter pisces nobiles reputat⁹. ad modum vilis. Et hoc vbi est pi-

scium copia. prope modum rotundus est. et in lōgitudine z latitudine fere equalis. **P**culos habet horribiles. **D**s quoqz deform. data liuidum. z hoc non eo loco quo pisces ceteri sed loco ventris. vbi vero caput z oculi sunt os non habet. **C**audā habet prelongaz vt coluber: z in ea spinulas quasdam acutas valde. **D**abet z qñqz in capite lapidē: nec credimus q natura creauerit eum inutile. **H**uius carnes indigestibiles sunt vt carnes bovine. **I**mpinguatur (vt dicit Aristo.) vento meridionali flante. **F**ozatb Est aut piscis nomine rhas stupefaciēs. ita q cū rube portatur puenit stupor eius ad manū qua portat. hic occultatur in arena z luto. **V**enaturqz totum qd ex piscibz appropinquat. z qz stupefacit eos: ita q nō possunt moueri. **I**peqz consequitur illos z comedit eos.




Capitulum. lxxvi.

Rana marina. Ambrosi⁹. Rana horrens in paludibz: decorat aqz in quibus omnibz fere prestat elementis. **A**resto. Rana marina habet alas sicut z omnia cetera: quozum finis tendit ad stricturā. **D**abet etiam brancos ad vnam partē declinantes asperos. spinis similes: z cooprozuz habet in ranis. maior est femina sicut z in ceteris ouantibz: vt in lacertis ac serpētibus. **H**abet rana marina supra oculos partes pendentes quasi pilos. habētes capita rotunda quas ei pparat natura cibi causa. **C**um enim rana mouet aliquid aquosum cū luto z barena. tūc partes illas que sunt quasi pili erigit: easqz cum piscibz paruis inuoluit: z ad oris

ficium suū cū eis adducit: sicq; comedit. Et si p partes illas que sunt sup oculos non venat qñ dephendit debilis z egra inuenit. Ex his etiam que latent est rana. cūq; latuerit vadit ad viride sup aquā z cibā piscib; paruis q̄ sunt in eo. Rana cōtinue generatiōis est. z ouat extra vniū ouū cōpletū tantū. Et est dure teste. ppter salutē qua ex teri^o indiget. Huius cā ē natura sui corpis: qz caput ei⁹ ē i qñtitate multiplex ad suū corp⁹. et ē spinosum. Ideoq; nō recipit pullos in vltimo. Omnes autē pisces nutriūt filios pter ranas.

Operationes

A Quicenna in. iij. canone. Rana marina rubea (sicut narrauerūt sapientes) maligna est inuadens aīalia. Nā ex longinquo ad ea saltit vt mordeat. z si mordere nō potest: exufflationē nociuā ad ea sufflat. **E**x eius mosu accidit apostēa magnūz p̄ditio veloc. **E**ru ra eius cū tyriaca magna: z quod est eius generis. **A**ctor. Rana marina rubea venenosa. z eius potus accidit obfuscatio corpis. z alia multa incōmoda. **I**des. De hac z alijs ranarum speciebus dictum est supra in tractatu de animalib; capitulo. cxxij.




Capitulum. lxxvij.

Rubus. Plinius libro nono. Rubus est piscis planus sicut passer z solea. Hi a passeribus tm̄ situ corporum differunt. Dexter hic resupinatus est ille. passer lenus.


Operationes

Idem in libro. cxxij. Rumbi carnes triste z ex aqua mulsā date febricitantib; pficiunt. **E**x libro de naturis rerū. Rumbus est piscis magnus fortis z astutus: sed tardus. hic q̄s piscis vt rana marina simili modo dephat. Nam in limo turbato absconditus pinnas excertas mouet: z vbi pisces approximare viderit: mox eos corripit et deuorat. Argumentum est eius solerte. qz cū sit tardissim⁹ omnū pisciū. mugilum tamē velocissimuz in ventre sepissime reperitur habere.



Capitulum. lxxviii.

Rubus z Ryache. Albertus i libro de naturis animalū. Rubus est piscis in mari. Italic z grecie habundans: z est de genere pectinis tot⁹ rotundus quasi circulus pinnulis circūpositis. z i parte magna pictus est rubeis virgulis z maculis. z illa superficies tota est plena spinis aliqñtulum anterius. Et hic piscis est piger ad natandū ppter sui corpis latitudines. demergit autē in pfundo z turbat aquāz pisces qui accesserint incautos cōfodit. ita qz etiā velocissimū piscem mugilum in ventre habere inuenitur. Hic piscis delicatus est: et dulcissime carnis. In eodem libro Ryache dicuntur pisces de pectini genere rotundi. ita qz cubitus z aliqñ duos cubitos habent in latitudine z tantundem in longū. caudam habēt longā z in hac pinnulas acutas ad natandum oculos horribiles. z os quasi in loco vētris turpissimum. carnes habent duras z indigestibiles. vbi ipse piscis rarius inuenitur. ibi autē propter raritatem desideratur.




Capitulum. lxxxix.

Almo et Salpa. Physiologus Salmo dicitur a saltu. caudam enim ore replicat et reflectit. firmiter eam ore tenens: donec saltus agilitate locum etiam abruptum conscendit. sed nec color multum valet: aut sapore antequam gustauerit mare. Ad quod tendens contra fluminis impetum a proposito non disistit quousque reficiatur. deinde ad nota domus reuertitur. Ex libro de natura rerum. Salmo piscis est in latitudinem et longitudinem magnam excrecens. Robore quoque fortis est sed ponderosus et gravis. Vis quam habet agilitas a potentia virtutis eius est potius quam a leuitate corporis. hic ut dicit Plinius olim proferebatur omnibus piscibus stinalibus. et maxime in aquitania. Carnes eius rubee sunt. que licet dulces et grates sint valde. tamen satietatem cito manducantibus ingerunt. piscis iste fetus facit: nec diu viuere potest in aquis dulcibus stagnorum nisi liberum habeat transitum ad dulces undas fluminorum. quinetiam ubi in transitu sepe vel aliqd homini obstaculum inuenit: caput caudae coniungit. flexoque corpore proiicit ad optata. In libro ut supra. Salpa piscis est obscenus et vilis. hic miraculum sui prebet ut nunquam decoqui possit nisi prius fortiter fuisse vel ferula verberetur.

Capitulum. lxxx.

Sparus et staurus. Albertus in libro de naturis animalium. Sparus piscis est

marinus et telo missili quod spergitur quando iactatur. et dicitur est eo quod habeat buis in stomacho figuram. In libro ut supra. Staurus piscis delectabilis qui solus ruminat. inter pisces. hunc piscem dicunt non multos habere dentes: et ideo ruminacione indigere. licet hec sit causa ruminacionis. dicunt etiam hunc piscem romani de longinquis partibus allatum in tyberi esse multiplicatum.



Capitulum. lxxxi.

Epia. Ysido. Sepia dicitur quod sepibus iterum clusa facilius capitur in coeundo obscenum generum. nam ore concipit sicut vipera

huius attramētī tanta vis est vt lucerne ad
ditū ethiopes videri. ablaro pozi lumie qdā
tradūt. ¶ Ex li. de na. rez Sepia ꝑcipit ore si
cut ꝛ vipera. oua eius dura sunt. De non nas
tant i mari nisi ꝑ ꝛ ꝑ ꝑ: masculus ꝛ femina
omī tpe ouant. ꝛ in quadragita noctibꝫ oua
sua cōplent. Femina cū ouat: mas eā sequit.
ꝛ sup oua semen insufflat vt viuificēt. ¶ Are
sto. Sepia membrū habet sub ore positū qđ
dicit mastim. in quo est sperma magnū. et qñ
accidit timor eicit illud in aquā ꝛ turbat eā.
Habet etiam in interiori suo vasa duo plena
ouis in albedine similia grandini. Corpora
marū magꝫ aspera sunt qꝫ feminaz. Pullus
sepie ꝑtinuus est cū ouo in anteriori corporꝫ
parte. nec ꝑōt aliter esse. Anterior enī pars ꝛ
posterior in eodem loco conueniunt.

Operationes

A Dyasc. Sepia cū attramēto suo cocta cas
costomacha est. ventrē mollit. Qđ molle est
B ossis eiꝫ colliriꝫ cracomaticꝫ necessarie mi
scetur. ¶ Item ossa tusa oniginē dentibꝫ tol
C lūt maculas carnis integro colorē restituit.
D ¶ Glaucomata hoim vel aialū in oculis suf
E flando marime cū sale ad sanitatē ꝑducunt.
F ¶ Os eiꝫ tritū ꝛ cū aqua bibitū toraqꝫ vitꝫ
G ꝛ asmaticis oīno ꝑdest. ¶ Pl. li. lxxii. Qꝫ
